Cum D*EO!*

EXERCITATIONUM THEOLOGICARUM TRIAS:

Qvibus

I. THEOLOGIA,

κατ' ἐξοχὴν & ſpecialiter ſic dicta,

II. ANTHROPOLOGIA,

&

III. CHRISTOLOGIA,

cum annexis & conſeqq. &c.

Summariè, & præciſis ſuperfluis, in theſi & antitheſi ita pro- & exponuntur, & dictis S. S. Scripturæ totius extantioribus confirmantur illuſtranturq́; ut de Religionis Chriſtiano-evangelicæ articulorum præcipuorum ὀφθαλμικῶς qvaſi conſtet ſerie naturali, veritate, certitudine, nec non ſimplicitate, &c.

Autore

ANDREA SENNERTO, P.P.

in Academia Witteberg.

WITTENBERGÆ,

In Officinâ FINCELIANA exſcribebat MICHAEL METER,

Anno CIↃ IↃC LXVII.

Johan. V, v. 39.

ΕΡευνᾶτε τὰς γραφὰς : *ſcrutamini ſcripturas : quia vos putatis in ipſis Vitam habere æternam, & illæ ſunt &c.*

LECTORI BENEVOLO
S. & O.

LECTOR BENEVOLE: Ecqvænam circa Triadem Exercitationum præſentium ſacrarum mens atq; Inſtituti noſtri ratio ſit, ex Inſcriptione vel titulo earundem utcunq; cognoſces. Prætereà, id Te paucis unum, ſolum fere monitum volumus, debuimusq; ita fortè: Principium cognoſcendi qvod attinet, & Naturæ, de ſuperfluo qvodammodo, (huic ſicubi locus ſuus) & verò ac vel maximè Gratiæ Librum vel Lumen adhibita nobis in confirmandis ſuis qvibuscunq; doctrinis: at verò ſpeciatim ARTICULUM FIDEI & ipſum hunc de SCRIPTURA SACRA, vel VERBO DEI SCRIPTO, ut moris aliàs eſt in ſimili ſcriptionis genere, non attactum vel potiùs pertractatum nobis. Cauſa hæc: qvod aliubi de Cognoſcendi medio agatur ageturve nobis pleniùs pluribusq;. Hac vice de principiatis, ut ſic dicam, & FIDEI ARTICULIS præciſè ſic dictis, unis, ſolis res nobis eſt fuitq;. Tandem en Ordo ac ſeries qvaſi naturalis eorundem ſingulorum numerusq;:

I. De DEO.
II. *Adeoq;* S.S. Trinitate.
III. De Decretis Divinis, in genere.
IV. Prædeſtinatio & Reprobatio, in ſpecie.
V. Creatio.
VI. Conſervatio & Gubernatio.
VII. Conſummatio *ſive* Finis mundi.
VIII. Angeli.
IX. Status Hominis integritatis. *Ubi etiam* de Libero arbitrio.
X. Status peccati ſive miſeriæ: *Ubi etiam* de Servo arbitrio.
XI. Lex.
XII. Evangelium.
XIII. Univerſalis DEI gratia & miſericordia erga genus humanum.
XIV. Univerſale JESU CHRISTI meritum.
XV. Univerſalis Vocatio per Verbum fidei & ſacramenta.
XVI. Converſio: *Ubi etiam* de Pœnitentia & Fide, in ſpecie.
XVII. Juſtificatio.
XVIII. Sanctificatio & Bona Opera.
XIX. Sacramenta, in genere.
XX. Circumciſio.
XXI. Agnus paſchalis.
XXII. Baptiſmus.
XXIII. S. Cœna.
XXIV. Eccleſia.
XXV. Miniſterium eccleſiaſticum.
XXVI. Magiſtratus politicus.
XXVII. Conjugium.
XXVIII. Mors: *Ubi etiam* de ſtatu animæ poſt mortem & ſepultura corporis.
XXIX. Reſuſcitatio à mortuis.
XXX. Judicium extremum.
XXXI. Infernus.
XXXII. Vita æterna. *Tantum.V.B.*

A. καὶ Ω.

EXERCITATIO I.

THEOLOGIA:

κατ' ἐξοχὴν & ſpecialiter ſic dicta.

SUMMARIUM.

DEI Exiſtentia. Eſſentia. Perſonæ Deitatis ſive S.S.Trinitatis myſterium. Attributa ſ.Idiomata divina: eſſentialia & perſonalia. Opera ſive actiones Divinæ ad extra, qvæ vocantur. Ubi etiam de Decretis divinis: in ſpecie Electionis & Reprobationis. Creatio: Conſervatio: Conſummatio mundi. Angeli & Homo.

TRACTATIO.

§. 1. *Theologia* ſpecialiter & κατ' ἐξοχὴν ſic dictæ, objectum eſt *DEus.* Hujus, miſſo nomine, aliis aliisq́; conſideranda ſunt veniuntqve, adeò: *I. Exiſtentia. II. Eſſentia. III. Perſona* Deitatis ſ. S.S. Trinitatis myſterium. *IV. Idiomata* ſ. Attributa Divina. *V. Opera* ſive Actiones, ad extra, qvæ vocantur.

§. 2. *I. Exiſtentia.* Hæc non tàm probanda, qvàm adſtruenda aſſerendaq́; videtur. Negare qvippè velle, imò addo probare, DEUM eſſe, hominis, dixerim fermè, ſit ἀλόγȣ, non-hominis. Cæterùm communiter nihilominus & aliàs probant Exiſtentiam Dei: 1. ex libro Rationis ſ. Conſcientiæ: qvorſum etiam referimus, & rectè qvidem, Conſenſum univerſalem & perpetuum omnium omninò hominum ſ. populorum. 2. ex libro Creationis ſive Naturæ. 3. ex Scriptura S. ſ. Verbo Dei revelato ſcriptoq́;. Qvippe (1) Omnibus omninò innatum eſt, ut habet Tullius, & in animo qvaſi inſcriptum, eſſe DEUM: &, nulla de hominibus gens eſt, neq; tàm immanſveta, neq; tam fera, qvæ non, etiamſi ignoret, qvalem Deum habere deceat, habendum tamen ſciat. (2) qvid enim (ut ille idem, ſapiens Cicero, ethnicus) poteſt eſſe tam apertum, tamq́; per-

'um ſuſpeximus, cœleſtiaqve contemplati ſumus, Numen præſtantisſimæ mentis, qvo hæc reguntur o- ..m verò (3) de ſuperfluo qvaſi id inculcat S.S.Scriptura: *.. cus aicit cum animo ſuo, non eſt DEus.* Pſ. XIV, 1. *Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat firmamentum*, Pſ. XIX, 2. *Qvod notum eſt Dei manifeſtum eſt in illis: DEus enim manifeſtavit illis. Inviſibilia qvippe ejus jam inde à condito mundo per ea, qvæ facta ſunt, mente perpenſa conſpiciuntur, &c.* Rom. 1, 19. alibi.

Poriſma.

Vanitas vanitatum eſt & affectata ignorantia igitur eorum, (qvales referuntur fuiſſe Diagoras Mileſius, Theodorus Cyrenaicus, Protagoras Abderites &c.) qvi DEum eſſe negant vel dubitant.

§. 3. *II Eſſentia.* Rectisſimè omninò: melius multò dici poteſt, qvid non ſit Deus, qvàm qvid ſit. Nihilominus, qvùm jam aliqvando mens humana ab uno ad alterum, ſurſum, deorſum, antè, retroq; , expatiata progreſſaq; eſt, vix hoc tandem aſſeqvitur: qvod ſit Ens primum ſive ſummum, ὂν ὄντων: Subſtantia porrò ſpiritualis, increata, æterna, infinita, ſimplicisſima, perfectisſima, (ita balbutire oporteat) ſanctisſima, beatisſima &c. Cujus omnia Idiomata ſive attributa reliqva, ſic vulgò dicta, talia qvoq; ſunt, Opera verò ejus maxuma, optima. Conf. jam omninò Verbi revelati divini ſcriptiq; loca vel hæc ſaltem: *Omnes gentes veluti nihil ſunt coram Deo, minus nihilo, & inanitate reputantur ei: cui ergò aſſimilabitis DEum & qvam ſimilitudinem comparabitis eidem?* Jeſ. XL, 17. *Ego ſum primus & noviſſimus, dicit DEus Dominus exercituum, & absq; me non eſt DEus: nunqvid eſt DEus præter me?* cap. XLIV, 6. ſeqq. *DEus eſt Spiritus, & qvi adorant eum, oportet ut ſpiritu ac veritate adorent.* Joh. IV, 24. *DEus profectò non longè abeſt ab unoqvoq; noſtrum: in ipſo qvippe vivimus, movemur & ſumus.* Actor. XVII, 27 ſeq *Unus eſt DEus & Pater omnium, qvi eſt ſuper omnes & per omnes, & in omnibus* Epheſ. IV. 6. *Regi æterno, incorruptibili, inviſibili, ſoli ſapienti Deo bonor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.* 1. Tim. 1, 17. &c. Nunc, ſi placet, confer & Exod. III, 14. ſeq. VI, 3. XV, 11. XX, 2. ſeqq. 1. Reg. VIII, 23. ſeq. 2. Reg. V, 15. XIX, 15. 1. Chron. XXX, 11. ſeqq. 2. Chr. II, 5. ſeq. VI, 18. Job. XI, 8. ſeqq. cap. XXXVI, 26. ſeq. cap. XXXVIII. XXXIX. XL. XLI. integra. Jeſ. XLIII, 10. ſeqq. XLV, 5 ſeqq. XLVI, 9. Jer X, 6. ſeqq. XXXII, 17 ſeqq. Dan. IV, 32. Sirac. 1, 7. ſeq. XLIII, 29. Joh. 1, 18. 1. Timoth. VI, 15. ſeq. 1. Joh. 1, 5. Jacob. 1, 17. V, 11. Apoc. 1, 8. IV, 8. XV, 3. ſeq.

Pori-

Poriſma.

Minimè, minimè poteſt DEus perfectè & propriè definiri vel deſcribi. Moſi non niſi poſteriora Ejus dabatur cernere Exod. XXXIII, 23. *Habitat qvippe Idem lucem inacceſſam, qvem nemo vidit hominum, neq; videre poteſt.* 1. Tim. VI, 16.

§. 4. *III. De Perſonis* verò, & qvid tribus hiſce, in unâ Deitate rudera qvædam, & ne vix qvidem hæc (nec à priori illa ſimulacra vel imagines, ſed poſteriori, qvod dicitur) agnoſcit habetq; Rationis Naturæq; liber hic, vaſtisſimus licet. Probant cœteroqvi (vel qvaſi) tamen Perſonarum trium in una divina eſſentia profundisſimum id myſterii vulgò alii aliiq;: *I. Rationibus* aliqvibus, & qvidem è Naturæ libro petitis maximè illis, v. gr. à generica Subſtantiæ cujusvis naturâ ſive ratione, in qva nimir. tria hæc: *ὀσία, δύναμις καὶ ἐξουσία* vel *ἐνέργεια*, ſive Eſſe, poſſe & operari. Sic, ab affectionibus Entis tribus primariis ſ. eſſentialibus: Uno, vero, bono: qvæ inſint omni Enti reciprocè. Item: à reflexione Mentis, h. e. Intellectus & Voluntatis humanæ. Sic, â naturâ Solis, radii & luminis: fontis, fluvii & rivi: radice arboris, trunco & ramis &c. At ô qvàm vilisſima hæc?

§. 5. Secundò: *Teſtimoniis Vetuſtatis*, nec non *Oraculorum*: ex. gr. qvùm paſſim hinc & inde enunciencur ipſis: Deus primus ſive ſummus, ſecundus, nec non tertius: Prima cauſa, ſecunda, tertia: Intellectus primus, ſecundus &c. Sic, Principium, Sapientia vel Idea & Amor: Bonum, Intellectus, Anima: Mens, Ratio, Vita: vel, Motus, *λόγος* ſive verbum, & ſpiritus: porrò Pater, Opifex, amborum opus: Deus, Mens genita ſive Intellectus, & divinus Spiritus: Pater, Mens ſecunda & Amor ab utroq; procedens: item: Deus, Motus ſive Intellectus, & Anima mundi (*τὸ πρῶτον ἓν, ὁ νοῦς ἐν πάντι, ψυχὴ ἓν καὶ πάντα*) qvin imò: tres Hypoſtaſes, atq; expreſsè planè: Pater, Filius vel Verbum unigenitum, & Spiritus S. Adde hiſce omnibus decantatisſimum id Ægyptiorum Oraculum:

Πρῶτα Θεός, μετέπειτα Λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς.

Et qvid ſibi vult Maronis illud?

-- --- *Numero DEus impare gaudet.*

§. 6. Clariora hæc qvidem (præcedentia) ſuperioribus, undecunq; etiam profecta. Certiora certo ſunt tamen magis vicisſim, tertiò: qvæ

Verbi DEI revelati ſcriptiq; nobis ſuppeditat, *veritas*, Ex.gr. *In principio creavit DEus* (ELOHIM) *cœlum & terram : & SPIRITUS Domini ferebatur ſuper aqvas : DIXITQVE DEUS &c.* Geneſ.I, 1. ſeqq. conf. mox verſ.26. cap.III,22. cap.XI,7. XIX,24. Pſ.XXXIII,6. Joh.I,1.ſeqq. *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus DEus exercituum, plena eſt omnis terra gloriâ ejus.* Jeſ.VI,3. conf. omninò verſ.8. & cap.LXIII,7,ſeqq. *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S.* Matth.XXVIII,19. *Tres ſunt qvi teſtimonium perhibent in cœlo, Pater, Verbum & Spiritus S. & hi Tres unum ſunt*, I.Joh.V,7. conf.Joh.X,30. XII,44. ſeq. XIV,9. ſeqq.

§. 7. Eſt igitur ſummatim, ex conſtanti & unanimi Scripturarum traditione: Pater prima perſona Deitatis, ingenitaq;, eadem : conf. mox loca: *nam etiamſi ſint, qvi dicantur Dii, ſive in cœlo, ſive in terra, (ſiqvidem ſunt Dii multi & Domini multi) nobis tamen Unus eſt DEus, Pater, ex qvo omnia & nos in illo.* I.Corinth.VIII,6. Filius, ſive Verbum, ſecunda perſona, genitaq; eadem à patre: juxta ll: *Filius meus es Tu, ego hodiè genui te.* Pſ.II,7. &: *cui dixit unqvam Angelorum: Filius meus es tu, ego hodiè genui te? & rurſum: ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi filius?* Ebr.I,5. Spiritus S. tertia eſt perſona, ab utroq; emanans ſ. procedens: juxta ll: *Cum autem venerit paracletus, qvem ego mittam vobis à patre, Spiritus ille veritatis, qvi à Patre procedit, ille teſtabitur de me,* Joh XV,26.&: *Qvoniam eſtis filii DEI, miſit DEus Spiritum Filii ſui in corda veſtra clamantem, Abba pater.* Gal.IV,6.

Poriſma.

Errant qvocirca graviter Antitrinitarii qvicunq;, Judæi, Ariani, Photiniani, Mohammediſtæ, Sociniani, alii, qvi ſicuti DEum ratione eſſentiæ unum, ita unam perſonam eſſe qvoq; aſſerunt: contrà, doctrinam de S.S. Trinitate tanqvam paradoxum qvoddam & monſtri qvid negant & explodunt.

§. 8. IV. *Attributa*, propriè ſic dicta, in Deum non cadunt qvidem, cùm nihil ſit in Deo, qvod non ſit ipſe Deus. Pro captu tamen ita dicimus hæc diſtingvimusq; humano, vel ἀνθρωποπαθῶς, ut loqvuntur: propter diverſitatem nimirum ac multitudinem, qvæ fingit ſibi facitq; mens humana ex imbecilli ſuo, conceptuum reſpectuumq; variorum in vel circa DEUM. Qvâ ratione adeò ſunt fuerintq; primùm alia eorundem *Eſſentialia*, alia *Perſonalia*: illa hanc, DEI eſſentiam vel eſſe ejus,

ejus, hæc Perſonas, ſigillatim unamqvamqve harum, concernentia. Eſſentialia porrò menſurantur communiter juxta tritam in ſcholis viam modumq; triplicem, *Negationis, Eminentiæ & Cauſalitatis*: qvæ juxta adeò, alia faciunt Idiomata *Negativa*, alia *Affirmantia* ſ. poſitiva, alia deniq; *Energitica* vel Operativa: ut taceamus alia adhuc plurima, paſſim qvæ proferuntur.

§. 9. Illa qvocirca, *Eſſentialia*, inqvam, juxta attributa, Deo competunt aſſignanturq;: Ex. gr. (1) *Unitas*: qvæ negat πολυθεΐαν, vel qvalemcunq;. Conf. Deut. vi, 4. xxxii, 39. Jeſ. xliv, 6. ſeq. Marc. xii, 29. ſeqq. 1. Cor. viii, 5. ſeqq.

§. 10. (2) *Spiritualitas*: (adeoq; conſeqventer etiam *Intellectus & Voluntas*) qvæ negat Deum eſſe Corpus. Conf. Exod. xxxiii, 20. Joh. iv, 24. Luc. xxiv, 39.

§. 11. (3) *Independentia & Æternitas*: (παχυλῶς hæc, nec non alia qvædam, ut ſumamus conjungamusq; nonnunqvam) qvæ negant principium & finem in Deo, qvocunq; modo. Conf. Geneſ. xxi, 33. Pſ. xc, 1. Jeſ. xliv, 6 Rom. 1, 20. 1. Tim. 1, 17. Apocal. 1, 18.

§. 12. (4) *Infinitas ſ. Immenſitas & Omnipræſentia*: qvæ Deum finitum negant, ratione loci vel ſpatii non tantùm, ſed virtutis, imò eſſentiæ qvoq;. Conf. 1. Reg. viii, 27. Job. xi, 8. Pſ. cxlv, 3. Pſalm. cxxxix, 7. Jer. xxiii, 23. Act. xvii, 28.

§. 13 (5) *Simplicitas & Immutabilitas*, qvâ compoſitione & mutatione, vel qvalicunq; caret. Conf. Pſalm. cii, 27. ſeq. 1. Timoth. vi, 16. Jac. 1, 17.

§. 14. (6) *Sapientia & Omniſcientia*, qvâ Deus omnia novit & intelligit perfectiſſimè. Conf. 1. Reg viii, 39. 1. Chron. xxix, 9. Job. xii, 13. xlii, 2. Pſ. xxxiii, 13. ſeqq. Pſ. civ, 24. cxxxix, 1. ſeqq. Pſ. cxlvii, 5. Jeſ. xlvi, 9. ſeqq. Jer. xxiii, 23 ſeq. Mal. iii, 16. Siracid. xvi, 16. ſeqq. xxiii, 27 xxxix, 24 ſeq. Act. xv, 18. Rom. xi, 33. ſeq. 1. Timoth. 1, 17.

§. 15. (7) *Omnipotentia*: qva omnia, ſuæ non repugnantia naturæ (imò repugnantia, κατ' ἄνθρωπον) poteſt perficitq;. Conf. Gen. xvii, 1. xiix, 14. Job. xxxviii, cap. xxxix, xl, xli, integra. Pſ. xxxiii, 9. Pſ. cxv, 3. Pſ. cxxxv, 6. Matth. xix, 26. Luc. 1, 37. Epheſ. iii, 20. Apocal. iv, 8.

§. 16. (8) *Sanctitas*. Conf. Lev. xi, 44. ſeq. xix, 2. Pſ. cxi, 11, Jeſ. vi, 3. Apocal. iv, 8.

§. 17. (9) *Juſtitia*. Conf. Deut. xxxii, 4. 2. Chron. xii, 6. Job. xxxiv, 12.

& 19. Pſ. IX, 8. ſeq. Pſ. XI, 7. Pſ. CXIX, 137. Nahum I, 2. Sapient. XII, 15. Siracid. XVI, 12. ſeqq. Or. Manaſ. Apocal. XVI, 5. ſeqq.

§. 18 (10) *Bonitas & Miſericordia*. Gen. XXXII, 10. Exod. XXXIV, 6. Deut. VII, 9. 2. Sam. XXV, 14. Pſ. XXXI, 20. Pſ. XXXVI, 6. ſeqq. LXXXVI, 15. Pſ. CIII, 8. Pſ. CXLV, 8. Jer. XXXI, 20. Thr. III, 22. Dan. IX, 9. Oſ. XI, 8. Joël. II, 13. Jon. IV, 3. Sap. XI, 24. cap. XV, 1. ſeq. Sir. II, v. ult. XVI, 12. ſeqq. XVIII, 12. Orat. Manaſ. Matth. XIX, 17. Luc. I, 50. Rom. XI. 32.

§. 19. (11) *Veritas ſ. Veracitas*. Numer. XXIII, 19. 1. Sam. XV, 29. Pſ. XXXIII, 4. Malach. III, 6. Rom. III, 3. 2. Cor. I, 19. Ebr. VI, 18.

§. 20. (12) *Beatitudo* & *Αὐτάρκεια*, nec non *Majeſtas* & *Gloria*. Pſal. LXXII, 8. Pſ. CIV, 1. ſeqq. Pſ. CXV, 1. Jeſ. XLII, 8. Dan. VII, 9. ſeq. Luc. II, 14. Actor. XVII, 25. 1. Cor. X, 31. 1. Timoth. I, 17. VI, 15. ſeq. Jud. v, 24. ſeq. Apocal. V, 13.

§. 21. Eſſentialia hactenus fuerunt Attributa: *Perſonalia* ex ſuperioribus § 6. & 7. dictis colligere haud grave item fuerit. *Patris* v. gr. Producere: *Filii* Produci & producere, *Spiritus S.* Produci tantùm. Vel enucleatiùs magis: *Patris*, ratione ſui ἀγεννησία, reſpectu Filii γέννησις activa ſ. gignere, reſpectu Spiritus S. emittere ſive ſpirare: *Filii*, reſpectu Patris γέννησις paſſiva ſ. gigni, reſpectu Spiritus S. unà cum Patre ſpirare ſive emittere: *Spiritus S.* ἐκπόρευσις ſive proceſſio, per ſpirationem paſſivam ab utroq; Patre & Filio Conf. loca ſuprà cit. §. 6. & 7. Notes: Varios variorum circa Attributa divina & eſſentialia & perſonalia errores h. l. velle perſtringere, nimis prolixum foret. Vide illos apud alios.

Poriſma.

Unum qvi negat aut impugnat ex attributis divinis, conſeqventer & indirectè etiam catem, imò DEum ipſum negat aut impugnat.

§. 22. V. *Opera* reſtant adhuc divina: eademq; vel maximè propriè ſic dicta, qvæ *ad Extra* ſive *Externa* vulgò vocantur, qvatenus ad hæc (externa) illa extrà progrediuntur. De *Occultis* enim Dei, & qvæ nuſqvam revelata ſunt nobis, fruſtrà, imò impiè laborat homo.

§ 23. Mitiùs haud multò ſentiendum qvoq; *de Decretis divinis* ante tempus vel ab æterno à Deo factis, qvaliacunq; illa ſint: qvatenus nimirum hæc extra Verbum Dei concipiuntur revelatum, vel certè minùs reſpondent Executioni divinæ factæ à Deo in tempore, Rectiſſimè enim hîc: Qvalis executio divina in tempore, tale qvoq; decretum Dei ante

hoc:

hoc: & vice verſa. Qvi Canon fundatur firmisſimè in attributo Immutabilitatis ſimplicisſimæ divinæ.

§. 24. Jam *Decreta* divina tot ergò ferè numerari poſſunt, qvot Executionis opera. Inter qvæ eminent tamen facilè: alterum *circa Univerſum* hoc (Creationis, conſervationis &c.) alterum in ſpecie *circa Hominem:* & in ſpecie vicisſim circa hunc *Prædeſtinatio*, ut vocant, ſ. Electio qvorundam, qvorundam verò *Reprobatio*: qvæ utraq; tamen, (notes ſtatim) non abſoluta, ſed conditionata vel limitata ſunt: qvatenus nim, fundantur (vel minùs) in Mediatore uno ſolo generis humani (vel inter Deum & hominem) Mesſiâ, CHRISTO JESU: & hic fide verâ, (vel minùs) ab hominibus, & finaliter qvidem apprehenditur: qvo de ſuo loco fuſiùs. De hiſce igitur hæc habemus Verbi divini loca: Jeſ. XIV, 27. XLV, 9. ſeq. Sap. I, 13. ſeq. IX, 13. XI, 25. XII, 15. Matth. XX, 23. Joh. III, 18. Act. IV, 28. c. XV, 18. Rom. VIII, 28. ſeq. XI, 33. ſeqq. XVI, 25. 1. Corinth. I, 26. ſeqq. c. II, 7. Epheſ. I, 3. ſeqq. 2. Theſſ. II, 13. 2. Timoth. I, 9. Jacob. II, 5.

Poriſma.

Horribile faceſſat heic Decretum abſolutum Calvinianorum: de electis abſolutè, reprobisq; ita, aliis aliisq; hominum. Zvvingl. l. contr. Catabapt. *Non ſoli*, inqvit, *Credentes Filii DEI ſunt, ſed ii, qvi electi ſunt, etiamſi moriantur anteqvam credant.* Et in expoſit. fid. ad Chriſtian. Regem: *Hic, in vita æterna viſurus es Herculem, Ariſtidem, Numam, Catones, Scipiones, &c.* Conf. cum his, Paræus in Iren. cap. 28. Gvaltherus, Toſſanus, Sohnius, alii.

§. 25. Porrò *Opera* ipſa illa *externa* divina facta vel in tempore vel futura adhuc (lege Verbi revelati) concernunt iterùm aut *Univerſum* hoc, aut in ſpecie *Hominem*. Ibi eſt illius (Univerſi) *Creatio, Conſervatio & Conſummatio* ſive annihilatio. Hîc *Hominis Fabrica* in ſpecie ſive *Status* ejus *in hac Vitâ* vel *poſt hanc*. In hac porrò ejus *Integritas, Miſeria & Inſtauratio*: poſt hanc *Mors, Reſuſcitatio, Dijudicatio* ad Mortem vel Vitam æternam. De qvibus ſingulis ſuo in qvolibet loco pluribus agendum. Hic inſtituti habita noſtri ratione, συλλήβδην ita paucisſimisqve porrò habendum.

§. 26. *Creatio* hujus Univerſi è Libro Rationis & Naturæ languidiùs, firmius multò & perfectius è Scriptura S. demonſtratur. Argumenta ex illis alibi vide. Scripturam S. qvod concernit, eſt Creatio Opus Dei, & qvidem totius S.S. Trinitatis, qvo Idem ex nihilo cœlum & terram, & o-

mnia

mnia qvæ in iis ſunt, jam olim ſpatio ſex dierum potentiſſimè produxit, idq́; eô modô & ordine in ſacris literis nobis expoſito. Conf. jam Gen. I, I. ſeqq. it. verſ. ult. cap. II, I. ſeqq. Exod. IV, II. XX, II. Nehem. *IX*, 6. Pſ. XXXIII, 6. ſeqq. Pſ. CXLVI, 6. Jeſ. XLV, 12. & 18. Jer. XXVII, 5. Sap. *I*, 13. ſeq. Sir. XXXIX, 26. Oratio Manaſſ. Joh. I, I. ſeqq. Act IV, 24. XIV, 15. ſeq. XVII, 24. ſeq. Rom. XI, 36. Coloſſ. I, 16. Ebr. XI, 3. Apocal. IV. ult.

Poriſma.

Errat adeò præſertim Ariſtoteles, Philoſophorum coryphæus, & qvi cum illo faciunt, qvi Mundum æternum ſtatuunt.

§. 27. *Conſervatio* (qvorſum ſpectat etiam *Gubernatio*, uno nomine aliàs *Providentia* divina) manifeſta ſatis eſt vel ex naturæ libro, undecunq́;, nec negari illa poſſibilis. Eſtq́; aliud nihil, niſi continuata Creatio, vel Creationis continuatio qvædam; aut rectiùs & pleniùs: Actio Dei, qva res â ſe creatas univerſas & ſingulas, maximè & in ſpecie hominem non tantùm ſuſtentat & conſervat; ſed etiam actiones hominum omnes & ſingulas præſcit, bonas porrò probat, juvat, promovet, malas odit, deteſtatur, prohibet, easdemq́; vel impedit vel permittit, ita tamen ut dirigat ad ſui gloriam & in bonum, ſalvandorum præcipuè, finem. Conf. jam Geneſ. VIII. ult. L. 20. 2. Sam. XV, 25. ſeq. XVI, 10. I. Chron. IV, 10. Job. XII, 10. XXXVI, 26. ſeqq. cap. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. XL. XLI. integra. Pſ. IV, 4. Pſ. XXXIII, 13. Pſ. LXXIII, 24. Pſ. CIV. totus, Pſ. CXXXIX. totus. Pſ. CXLVII. totus. Proverb. XVI, I. & 9. it. 33. XIX, 21. XX, 24. XXI, I. & 30. ſeq. Jeſ. XL. 26. ſeq. XLII, 5. XLIV, 24. ſeqq. XLV, 6. Jer. V, 24. X, 23. Hoſ. II, 8. Amos III, 6. Sapient. III, 9. VI, 8. ſeqq. VII, 16. XI, 21. ſeqq. XII, 18. ſeqq. XIV, 3. XV, I. ſeqq. Tob. I, 13. ſeqq. II, 12. XII, 13. Sirac. XI, 14. Or. Manaſſ. Matth. VI, 25. ſeqq. X, 29. ſeq. Luc. XII, 6. XXI, 18. Joh. V, 17. Act. XVII, 25. ſeqq. Rom. XI, 36. Philipp. II, 13. Coloſ. I, 17. Ebr. I, 3. I. Petr. V, 7.

Poriſma.

In toto igitur mundo nihil loci eſt vel cæca Fortuna vel Fato Stoico: ac concurrit qvidem DEus cum actionibus humanis, ſed non malitiâ earundem, nec cauſa eſt peccati, ullô modô.

§. 28. *Conſummatio Mundi* ſ. Annihilatio ejusdem ex Verbo revelato præciſè fortè cognoſcitur. Eſtq́; Actio Dei, futura adhuc & aliqvando, imo brevi, qvâ cœlum & terram, & omnia qvæ in iis ſunt, extra angelos & homines, in nihilum iterùm rediget, modô in ſacris literis nobis revelato & deſcripto. Conf. Pſ. CII, 26. ſeq. Jeſ. *XXXIV*, 4. LI, 6. Matth. *XXIV*, 14. ſeqq.

ſeqq. Marc.*XIII*,31.ſeqq. Luc.*XVII*,27.ſeqq. *XXI*,33.ſeqq. Actor.1,7. Rom. VIII,19.ſeqq. 1.Theſſ.v,2.ſeqq. Ebr.1,10. 2.Petr.III,7.ſeqq.

Poriſma.

Valeant heic ἐμπαῖκται, irriſores & Epicurei illi, de qvibus in 2. Petr.III,3. & Jeſ. LVI,12. *nec non ethnici & haeretici qvicunq; contrarium qvibus placet.*

§. 29. Creationis operæ porrò par nobilisſimum in ſpecie ſunt *Angeli* & *Homo*. De hoc mox ſuo loco. *Angeli* Conſiderationis iterùm ſunt & naturalis (ex naturali lumine) & revelatæ, in Verbo divino. Prior modus langvidior vicisſim non nihil eſt. Poſterior magis certus. Sunt autem Angeli ſubſtantiæ merè ſpirituales, finitæ, creatæ à Deo in excellentiore perfectionis cujusdam gradu, ſapientiâ, juſtitiâ, ſanctitate, virtute, arbitriiq; libertate, in gloriam & laudem Dei, ac hujus & hominum miniſterium: qvorum alii (boni, ita deinceps dicti) in illa bonitate & felicitate perſtiterunt, confirmatiq; ſunt; alii (mali) liberè à Deo averſi, hoſtes hujus hominumq; abjurati facti, ab illo æternæ adeò damnationi adjudicati. Conf. Geneſ.1.ult.cap.II,1. 2.Reg.VI,16. ſeqq. Pſ. *XXXIV*,8. Pſal.*XCI*,11. ſeq. CIV, 4. Jeſ. VI, 3. Dan.VII,10. Marc.V, 9. Luc.I, 19. XVI,22. Joh.VIII, 44. Epheſ.VI,12. Coloſſ.1,16. Ebr.1,14. 2.Petr. II,4. Jud.v.6. Apocal. *XII*,7. *XIX*,10.

Poriſma.

Angelos olim Sadducæi Act.*XXIII*,8. *hodièq; Epicurei ſic dicti, malè negabant, negant. Caeterùm, invocandi aut adorandi minimè ſunt,* Apocal.*XIX*, 10. *XXII*,9.

§. 30. *Homo* reſtat, animal rationale, vulgato termino: de qvo mox in ſeqventibus.

NOTÆ.

De DEO & S.S. Trinitate articulum Vid. & conf. Form. Concord. ſive Auguſt. Confeſſ. art. 1. pag. m. 9. Apolog. Ejusd. pag. 50. Art. Smalcald. Part. 1. pag. 303.

De Prædeſtinatione &c. Form. Concord. Epitom. art. *XI*. p. m. 617. ſeqq. & ſolida Declaratio. art. dicto pag. 797.

ſeqq.

EXERCITATIO II.
ANTHROPOLOGIA:
ſpecialiter ſic dicta.

SUMMARIUM.

STatus Hominis (primi) integer, vel Integritatis ſtatus, qvem vocant; Imago Dei, & qvid ſit? Anima humana. Corpus. Immortalitas utriusq;. Liberum arbitrium. Habitaculum hominis primi ſive Paradiſus. Arbor Vitæ, & ſcientiæ boni & mali. Dominium in Creaturas. Status Peccati ſ. Miſeriæ: Peccatum primum ſive Adamiticum. Originale vel naturale. Servum arbitrium. Actuale vel perſonale peccatum, M. Ja pœnæ.

TRACTATIO.

§. 1. ANthropologiæ Objectum eſt *Homo*. Hic jam ſpecialiter conſideratur, ut ſuprà Exercitatione præced. §. 25. ex parte dictum, vel *in hac Vitâ*, vel *poſt hanc*. In hac porrò Ejus ſpectanda *1. Integritas* originalis *2. Miſeria* conſecuta, & 3. deniq; *Inſtauratio* illius, primævæ integritatis, qvanta, qvanta in hac mortalitate conceditur. Notes; Hic ceſſat fere vel maximèq; Lumen naturale.

§. 2. *Integritatis Status* (qvi & vulgò Status primi hominis vel Imago Dei) varia in ſeſe involvit continetq;. Qvalia diſtinctè conſiderabimus. Suntq; v.gr. *I. Imago DEI*, ſive divina, in homine, in genere conſiderata: qvæ aliud nihil eſt niſi Qvalitas concreata primo homini, & adeô connaturalis, qvâ certo atq; conveniente modo (accidentaliter & per gratiam) referebat Creatorem ſuum, conſiſtens in intrinſecâ, excellentiore & admiranda totius hominis perfectione, omniumq; animæ & corporis virium rectitudine, in ſpecie notitia Dei & creaturarum certiore, juſtitia & ſanctitate verâ, libero arbitrio ad faciendum bonum & fugiendum malum, deniq; immortalitate animæ & corporis, & horum omnium in poſteros propagatione, domicilii commodâ habitudine, nec non dominio in creaturas, animantia maximè. Conf. jam & vide Gen. I, 26 ſeqq. cap. II, 19. ſeq. cap. V, 1. ſeq. Eccl. VII, 30. Sapient. II, 23. ſeq. Sirac. XV, 14. cap XVII, 1. ſeqq. 2. Cor. III, 18. Eph. IV, 24. Coloſſ. III, 10.

Pori-

Poriſma.

Minimè Imago DEI in primo homine fuit Subſtantia ipſisſima hominis, nec item ſupernaturalis & extrinſeca habitudo vel donum qvoddam: qvo ipſo tamen illi hæc atq; ſimilia alia qvoq;, ex. gr. DEI gratioſam inhabitationem, &c. non denegamus.

§. 3. II. In Specie *Anima hominis.* Cujus conſideranda: *1. Origo:* qvæ divina, qvippe inſpirata illi à Deo Gen. II, 7. alibi, *2. Natura & proprietates vel facultates.* Qvarum ratione anima humana eſt Spiritus finitus, incompletus, determinatus eſſentialiter ad corpus humanum: adeoq; rationem qvæ formæ habet in homine, cujus beneficio homo vivit, ſentit, ratiocinatur, intelligit, vult, ſermocinatur &c. De qvibus in pnevmatologicis, maximè verò phyſicis. 3. *Propagatio*, qvæ fit per traducem, ut loqvuntur. De qvo & ipſo præſertim in phyſicis. Conf. & vid. loca: Gen. I, 26. ſeqq. cap. II, 7. V, 3. Job. XII, 10. XXXIII, 4. Eccl. VII, 30. ſeq. cap. XII, 7. Zach. XII, 1. Sapient. I, 13. ſeq. cap. II, 23. ſeq. VIII, 19. 1. Cor. II, 11. Eph. IV, 23. ſeq. Col. III, 10.

Poriſma.

Non adeò anima in- vel educitur: hoc eſt, creatur de novo aut infunditur, vel educitur demùm è potentiâ, neſcio qvâ, materiæ.

§. 4. *III. Corpus humanum:* cujus iterùm notanda: 1. *Origo*; qvæ materialis, qvantum ſexum utrumq; Gen. II, 7. & 21. Job. X, 8. ſeq. *2. Sexus geminus:* mas & fæmina. *3. Temperamentum* vel temperies & σχέσις cum corporis & partium inter ſeſe, tùm ad animam pulcerrima & perfectiſſima. *4 Statura erecta*, præ reliqvis omnibus animalibus. *5 Impaſsibilitas, &c.* De qvibus & ipſis partem in phyſicis. Vid. jam & conf. Gen. I, 27 cap. II, 7. & 21. cap. III, 7. XVIII, 27. Job. X, 8. ſeqq. Eccleſ. XII, 5. ſeqq.

Poriſma.

Et mulier ad imaginem DEI creata eſt: imminuta licet dominii dignitate: 1. Corinth. XI, 7. ſeqq.

§. 5. IV. *Immortalitas utriusq;*, & animæ & corporis: ut ſcil. poſſet non mori: Nota diſtinctio: inter poſſe non mori, non poſſe mori, & non poſſe non mori: qvorum illud, primum, primi ſtatus hominis (hujus de qvo ſermo hac vice nobis) alterum futuri, tertium præſentis. Conf. jam Gen. II, 17. Sapient. II, 23 ſeqq. cap. III, 1. Matth. X, 28 Rom. V, 12. cap. VI, 23. VIII, 10.

Pori-

Poriſma.

Perpetum illam adeò qvondam Pelagiani, hodiè verò Photiniani negabant, negant.

§. 6. V. *Liberum arbitrium*(qvod & rectitudinis, à ſervitute & miſeriâ aliàs vocatur) maximè circa legem vel præceptum ſpeciale, de non comedendo ex arbore ſcientiæ boni & mali: qvatenùs liberè, æqvabiliter & mutabiliter ſe homo habebat, ut & poſſet peccare & non peccare, illud verò(præceptum ſpeciale) ſervare vel transgredi, Conf. Gen. II, 16. ſeq. Sirac. XV, 14. ſeqq. cap. XVII, 6.

§. 7. VI. *Locus habitationis*, Paradiſus vulgò, Scripturæ S. vel Moſi hortus Eden. In qvo præ cæteris arboribus inſignes fuêre: Vitæ, & ſcientiæ boni & mali: ab eventu, per πρόληψιν hæc ſic dictâ. Conf. Gen. II, 8. ſeqq. cap. III, 22. ſeqq.

§. 8. VII. *Dominium* deniq; *in Creaturas*, animantia maximè: & qvantum conceſsionem & ejusdem uſurpationem liberam. Conf. Gen. I, 26. ſeqq. Eccleſ. vel Sirac. XVII, 3. ſeq.

§. 9. Statum Integritatis *Miſeria hominis* excipit: qvæ cœpit in Lapſu, ut loqvuntur, primi hominis. (Notes heic ante omnia: minimè hujus (Lapſus) Cauſam Deum eſſe, vel hunc Opus Dei: qvæ inter (opera divina) numeratur idem qvidem hoc loco; ut & conſeqventia: ſaltem recenſeri hic ordine ſucceſsionis vel doctrinæ.) Ubi adeò *de Peccato primo* ſive Adamitico: ſeqvitur hoc *Originale* ſive naturale. Ubi *de Servo arbitrio* qvoq; (qvalia vel naturæ fœtor prodit inter alia.) Hinc *Actuale* ſive perſonale ſuccedit peccatum. Omnia hæcq; ſeqvuntur *Mala pœna*, Miſeria, crux & calamitates variæ, animæ & corporis, vel ſpiritnales & temporales. Deniq; & in ſpecie Mors temporalis & æterna. De qvibus ſingulis ſuis in locis ſingulis.

§. 10. *Lapſus* ſive *Peccatum primi hominis*, Adami & Chavæ, conſideratur maximè qvantum 1. Cauſam efficientem ſ. antecedentia 2. Lapſum vel rem ipſam. & 3. Effectum vel conſeqventia. Cauſa efficiens eſt vel remota vel proxima: remota, principalis vel inſtrumentalis: principalis Diabolus ſive Spiritus malus, ſerpens ille antiqvus, Gen. III, 1. ſeqq. Sapient. II, 28. Johann. VIII, 44. Apocalypſ. XII, 9. Inſtrumantalis, Serpens naturalis, Gen. III, 1. ſeqq. 2. Cor. XI, 3. 1. Joh. III, 8. Proxima, Abuſus liberi arbitrii in primis hominibus, Gen. II, 16. ſeq. c. III, 1. ſeqq. Sirac. XV, 14. ſeq. Lapſus ipſe & in ſeſe aliud nihil fuit, niſi Inobedientia ipſiſ-

ſima

ſima & libera atq; actualis Apoſtaſia à Deo ipſomet, vel,qvod idem eſt aut ſpecialiùs: transgresſio libera & actualis legis divinæ de non comedendo fructu arboris vetitæ, ſcientiæ nempe boni & mali Gen. II, 16. ſeq. cap. III, 1.ſeqq. Rom. V, 18. ſeq. 1. Johan. III, 4. Effectus ſive conſeqventia hujus Lapſus vel delicti primi primorum hominum ſunt: reſpectu Dei, Ira juſtisſima hujus: reſpectu Hominis, mors temporalis & æterna (niſi hujus facta conceſſaq; fuiſſet remisſio per Mesſiam &c.) hoc eſt, privatio & amisſio Imaginis concreata divinæ, unà cum annexis eidem, contrà contrariorum in illorum locum poſitio: qvalia ſunt fuereq; v. gr. apertio oculorum, nuditatis adeoq; peccati & miſeriæ ſenſus, reatus, ignorantia ſumma, conſcientiæ ſtimulus, terror, metus, tremor, trepidatio, fuga Dei, extenuatio peccati, pœnarum qvoad ſingulos irrogatio & ſenſus, terræ maledictio, ſimilia: reſpectu deniqve poſterorum, ſimilium (præcedentium) in eosdem jure hæreditario (ex radice vel ſtipite tanqvam in arborem) propagatio. De qvibus ſingulis mox, in ſubſeqq. conf. & vid. jam iterùm Gen. II, 16. ſeq. cap. III, 7. ſeqq. V, 3. Sapient. II, 23. Rom. V, 12. & 18. ſeq. cap. VI, 23. &c.

Poriſmata.

1. *Minimè DEUS, ut & ſuprà ex parte jam dictum § 9. eſt cauſa Lapſus primorum parentum: contra Calvinum* (Juſtit. lib. III. cap. 23.) *& Calvinianos.* Conf. Gen. 1. ult. II. 17. cap. III. 8. ſeqq. Pſ. V. 5. Sapient. 1, 13. II. 23. XI, 15. Siracid. XV, 14. 1. Johann. II, 16.

2. *Primum & principale hominis primi peccatum non fuit Superbia: contra Scholaſticos & Pontificios nonnullos.* Conf. loca ſupra cit.

3. *Peccati primi ſ. Adamitici nos jur. hæreditario pœnas luimus contra Pelagianos.* Conf. & ſupra cit loca.

§. 11. Peccatum primum ſive Adamiticum, eheu, *Originale* vel potiùs *Originatum aut Naturale* excipit. Qvod eſt aliud nihil, niſi primi illius (vel veriùs Conſeqventium ejus) tranſplantatio vel propagatio naturalis in poſteros: vel labes ex illo contracta jure hæreditario: Carentia adeoq; non tantùm totalis Juſtitiæ illius originalis, ſed contrà etiam annata totius Naturæ omniumq; ejus virium pesſima, ſumma & imperſcrutabilis corruptio (poſitivi qvid adeò & vitioſa Qvalitas vel habitus) maximè qvantum ſpiritualia: ex. gr. Ignorantia ſumma in mente ſive intellectu, malitia in voluntate, concupiſcentia in appetitu, repugnantia deniq; omnium omninò virium; (origo unde deinceps A-

ctua-

ctualium omnium peccatorum) æqve ut peccatum primum, ita hoc qvoqve (Originale) iræ Dei, mortiq; temporali & æternæ obnoxium. Conf. & vide nunc loca: Gen. VI, v. 5. cap. VIII, 21. 1. Reg VIII, 46. Job. XIV, 14. ſeq. c. XV, 14. ſeq. Pſ. LI, 7. Pſ. CXLIII, 2. Prov XX, 9. Eccl. VII, 21 Jer. X, 23. c. XVII. 9. Matth. XV, 19. Joh. III, 6. Rom. III. 23. cap. V, 12 & 19. VI, 12. VII, 7. 17. 23. ſeqq. VIII, 7. Gal. III, 22. Epheſ. II, 3.

Poriſmata.

1. *Errant adeoqve in defectu maximè Pelagiani & qvi his ſuccenturiant ex parte Scholaſtici & Pontificii, qvi peccatum originale vel ſolo exemplo & imitatione propagari cenſent, aut qvocunq; alio modo extenuant idem nimis.*
2. *In exceſſu contra errant Manichæi veteres, hodieq; Flaciani vel Flacius ipſe,* Clav. part. II. tract. 6. *qvi peccatum originis cum ipſa hominis Subſtantia confundebant confunduntqve.*

§. 12. *Servum arbitrium,* in ſpiritualibus qvidē & vel maximè malo Originis huic in ſpecie implicatur annumeraturq; rectè. Qvatenus homo poſt lapſum non amplius ut antea ſe omninò liberè, æqvaliter & mutabiliter habet ad bonum vel malum, ſed hocce, malum tantùm fere, (exceptis ſcil. rebus civilibus & externis) maximè & omninò in ſpiritualibus & divinis, ut non poſſit ferme non peccare, multò minus ex propriis & naturalibus viribus qvidem legi & juſtitiæ DEI ullo modo ſatisfacere, vel ad idem faciendum aliqvo modo ſe præparare, applicare, operari qvid aut cooperari; nullo modo: adeò ut mortuo hac in parte, qvin duro lapidi vel ſtipidi aut trunco rudi abſimilior haud, niſi deterior, ex ſententia ſacræ ſcripturæ, ſit. Conf. jam omninò loca: Gen. VI. 5. cap. VIII, 21. Pſ. XIV 3. Sap. IX. 13. ſeqq. Johann. VIII, 34. XV. 5. Rom. VII. 14. ſeqq. cap. VIII. 6. ſeq. 1. Corinth. II, 14. 2. Cor. III, 5. Gal. V, 17. Eph. II, 1. ſeq. cap. II, 3. IV. 17. ſeqq. V, 8. Philip. II, 13.

Poriſma.

Errant qvocirca omnes ij, Pelagiani & Synergiſtæ qvicunqve, qvi viribus arbitrii humani in divinis atqve ſpiritualibus plus æqvo tribuunt.

§. 13. *Actuale* ſive *Perſonale* (ſingulorum) ſuccedit peccatum, qvod eſt (niſi veriùs hoc in genere) definitore Apoſtolo 1 Johann. III, 4. uno verbo, ἀνομία, illegalitas, h. e. transgresſio legis, vel qvicqvid devium a lege: ſpecialiùs qvicqvid, vi originalis peccati primò, contra legem DEI peragitur à ſingulis hominibus ſive facto, ſive dicto, ſive cogitatio-

nibus

nibus (corde, ore, opere) qvibus adeò bonum omittitur vel malum committitur, iterumq; ira DEI & pœnæ temporales & æternæ contrahuntur accumulanturqve. Ejus ſpecies varias multiplicesq; prolixum nimis, imò impoſſibile vix non, foret fueritq; h. l. velle recenſere: eminent inter illas interim facilè peccatum contra Conſcientiam & in Spiritum Sanctum. Vid. & conf. jam ll. Gen. IV, 7. ſeqq. cap. VI, 1. ſeqq. 1. Reg. VIII, 46. Pſal. V. 5. Pſ. XIV, 3. Pſal. XIX. 3. Pſ. XLV, 8. Pſal. CXXX. 3. Proverb. XX. 9. Thren. III. 39. ſeqq. Hos. IV. 2. Sapient. II. 23. ſeqq. Tob. IV. 6. Sirac. XV. ult. cap. XXI. 2. Matth. XII, 31. cap. XV, 19. Joh. III, 19. Rom. III, 12. cap. VIII, 13. 1. Corinth. VI. 9. Gal. V, 19. ſeqq. Epheſ. V. 5. Ebr. X. 26. 1. Johann. I. 8. II, 16. cap. V. 16. Jacob. I. 15. III, 2. IV. ult. Apocal. XXI, 8.

Poriſmata.

1. *Neutiqvam iterùm DEus eſt cauſa peccati, ullo modo: contra Calvinianos.*

2. *Etiam concupiſcentia prava in piis eſt peccatum: contra Pontificios.*

3. *Omne peccatum ex ſe & natura ſua eſt mortale: nullum veniale.*

§. 14. Peccati in genere *Effectus* vel fructus mali ſunt mala pœnæ, miſeria, crux & calamitates variæ & multiplices, animæ & corporis, ſpirituales & temporales, deniq; mors temporalis & æterna. Conf. loca Gen. III. 16. ſeqq. XI. 7. ſeq. 1. Chron. XXX, 15. Job. V. 7. cap. VII. 1. XIV. 1. Pſal. XXXIX. 12. ſeqq. XC, 8 ſeqq. Eccleſ. 1, 8. Jerem. II, 19. cap. III, 37. ſeq. Amos III, 6. Sap. XI 17. XVII. 10. ſeq. Sirac. VII. 16. cap. XXXVIII. 15. XL, 1. ſeqq. Rom. V. 12. cap. VI. 23. cap. VII, 24. VIII. 35. ſeqq.

NOTÆ.

De Imagine DEI ſ. Juſtitia Originali in homine: Vid. & conf. Aug. Confeſs. Apolog. art. II. pag. m. 53. ſeq.

De Libero arbitrio in homine; Vid. Aug. Confeſs. art. XVIII. pag. m. 14. ſeq. Apolog. art. dicto, pag. 217. ſeqq.

De Cauſa peccati. Aug. Confeſs. art. XIX. pag. 15. Apolog art. eodem, pag 219. ſeq.

De peccato Originis ſive Originali: Aug. Conf. art. II. pag. 9. ſeq. Apolog. art. dicto, pag. 50 ſeqq. Art. Smalcald. part. III. art. I. pag. m. 317. ſeq. Form. Concord. Epit. art. I. pag. 572. ſeqq. & ſolida Declarat. art. eodem pag. 639. ſeqq.

De Servo arbitrio. Aug. Conf. art. XVIII. pag. 14. ſeq. Apolog. art. di-

cto, pag. 217. ſeq. Art. Smalcald. Part. III. art. I. pag. 318. Form. Concord. Epit. art. II. pag. 578. ſeqq. Declarat. art. eodem, pag 654. ſeqq.

EXERCITATIO III.

CHRISTOLOGIA:

ſic dicta.

SUMMARIUM.

Scriptura S. (cujus utpote ſcopus unicus CHRISTUS, Salus hominum) Lex. Evangelium. Sacramenta. Legis Deſcriptio: diviſio & Uſus. Evangelium qvid & qvale? Univerſalis Dei gratia. Univerſale meritum Chriſti Jeſu. Hujus Deſcriptio. Naturæ duæ. Perſona, & huc concernentia: Unio duarum naturarum: Communio harum nec non idiomatum: genera harum tria: Status duplex: Exinanitionis & Exaltationis. Officium triplex: propheticum, ſacerdotale & regium. Specialia de Eodem, Chriſto: Conceptio, Unio, Nativitas, Educatio, miniſterium publ. doctrina & miracula: Paſſio: Mors: ſepultura: Deſcenſus ad inferos: Reſurrectio à mortuis: Aſcenſio ad coëlos: Seſſio ad dextram Dei Patris. Univerſalis Vocatio per Spiritū S. De hac in genere. Converſio hominis ad Deum: ubi adeò locus de Pœnitentia vel Contritione & Fide. Juſtificatio hominis coram DEO Renovatio vel ſanctificatio & Bona Opera: item, Conſervatio & Confirmatio finalis in bono. Sacramenta in genere. Circumciſio. Agnus paſchalis. Baptiſmus & S. Cœna Hierarchiæ tres: (præmittitur doctrina de Eccleſia) ſtatus nempe eccleſiaſticus, politicus & œconomicus. Demùm Status hominis poſt hanc vitam: Mors, adeòqve ſtatus Animæ poſt mortem & ſepultura corporis. Reſuſcitatio mortuorum. Extremum Judicium. Infernus. Vita deniqve æterna.

TRACTATIO.

§. 1.

Status Inſtaurationis, cujus ſuprà Exercitatione præcedente ſub initium mox, §. 1. facta mentio, ſeqvitur. Hic fundatur unicè vel cognoſcitur *ex Verbo Dei* revelato ſcriptoq; eodem: *S. Scripturam* vulgato vocant nomine (Quâ de, tanq. Principio cognoſcendi, Religionis & fidei articu-

articulorum omnium & ſingulorum alibi & ex profeſſo qvod dicas.) Hujus ſcopus & finis princeps vel primarius eſt CHRISTUS JESUS, Salus hominum. Præcedit in Eadem (Sa. S. fœdere tanqvam ſcripto) *Lex*, ſeqvitur *Evangelium*; obſignant hæc ſigilla, vulgò *Sacramenta* dicta &c.

§. 2. *Lex*, Concio gravis, de Integritatis ſtatu (hominis) amiſſo, miſeriâq; præſente agit, & in ſpecie eundem de peccatis admonet, arguit, terret dejicitq; ad interitum uſqve ſive mortem æternam. De hac in communi ſeqventia habentur S. Scripturæ ll. Exod. xx, 1. ſeqq. Devt. v. 6. ſeqq. cap. vi. 5. xxvii. 27. Pſ. xix. 8. ſeqq. Proverb. vi. 23. Eccleſ. xii, 1. 3. ſeq. Jerem. xxiii, 29. c. xxxi. 31. ſeqq Mich. vi. 8. Matth. v. 18. cap. xxii. 37. ſeqq. Actor. xv, 10. Rom. ii. 14. ſeqq. cap. iii, 20. cap. iv. 15 vii, 7. ſeqq. x, 4. xiii, 8 Gal. iii, 21. cap. v. 14. Coloſs. ii, 16. 1. Timoth. 1. 5. Ebr. viii, 8. ſeqq. cap. x, 1. ſeqq.

§. 3. Jam, ſi preſsiùs & pleniùs utcunq; hanc perſeqvi doctrinam velimus: *Lex, in genere* conſiderata, aliud nihil eſt, niſi Divinæ Voluntatis conſtitutio atq; ordinatio æterna & immutabilis, de præſtando hancce, qvantum DEUM qvantumq; hominem vel proximum, obedientialiter ab omnibus omninò hominibus, & qvidem perfectisſimo modo, in Dei gloriam & hominum temporalem & æternam ſalutem, vel vice verſâ, pernitiem ſummam. Conf. Deut. vi, 5. cap. xxvii, 27. Eccleſ. xii, 13. Baruch. iv, 1 Matth. v, 18. cap. xxii, 37. Jacob. ii, 10.

§. 4. Temporis, loci, aliarumq; circumſtantiarum habito reſpectu, qvincuplici fere poteſt diſtingvi ratione, qvippe hoc modo. I. eſt *Lex Naturæ* vel naturalis, hominum cordibus originaliter altè impreſſa vel inſcripta: qvâ de Rom. ii. 14. ſeqq. cap. 1, 18. ſeqq. &c. qvæ conſiderari poteſt iterùm vel ante lapſum vel poſt hunc: illo tempore perfecta erat omnibusqve numeris abſoluta, atq; ſufficiens ad ſalutem hominis temporalem & æternam. V. Gen. 1, 27. Lev. xviii. 5. Devt. xxx, 15. Neh. ix. 29 Sapient. ii, 23. Sirac. xv, 14. Luc. x. 28. Jacob. 1, 25. hoc, in præſenti ſtatu, imperfecta & inſufficiens eſt ad ſalutem: Rom. vii, 18. ſeqq. Galat. v, 17. &c.

§. 5. II. *Lex* (illo, naturali, in & poſt lapſum obliterato fere & amiſſo) *repetita* ſolenniter & revelata â DEO, (qvæ & hodiè *Moralis* dicitur) per Moſen, comprehenſaq; maximè in Decalogo: qvo de Exod xx. & Devter. v. & capp. ſeqq. Atqve, ut ſupra dictum jam, Obedien-

ctiam ab hominibus perfectiſſimam reqvirit, Devter VI.5. cap. xxvii, 27. 1. Sam.xv,22. impoſſibilis interim illa præſtitu hominibus, Pſal. cxliii, 2. Luc.xvii,10. Rom.iii.20.cap.iv.15. cap.vii.10. ſeqq.viii.3. 2.Corinth.iii, 7. Gal. iii.10,11. 21. &c.

§. 6. III. Cui acceſſit in ſpecie (& mutabiliter, vel obnoxia mutationi, ad tempus) *Judicialis*, ita vocata, vel forenſis aut civilis, concernens ſpeciatim politiam atq; diſciplinam externam in populo Iſraelitico conſervandam. Cujus major pars deſcribitur Exod cap.xxi. xii. & xxiii. alibi: abrogata in ſeſe hodie, minimeq; qvæ nos obligat. Geneſ. xlix,10. Matth.xxii,21. Epheſ.ii.14. ſeqq. Rom.xiii,1.

§. 7. IV. Item *Ceremonialis* vel eccleſiaſtica, ſtatum qvæ concernit eccleſiaſticum & ceremonias in populo Judaico obſervatas, qvantum cultum totum Leviticum, & in ſpecie ſacrificia, qvibus typice Meſſias cum ſuis beneficiis adumbrabatur, & per fidem fidelibus & electis applicabatur ſalutaliter. Deſcribiturq; maximè in Exodi capp. poſterioribus, à xxv. ad fin. item Levitico, & ex parte Devteronomio : abrogata & ipſa hodie, minimeq; qvæ nos obligat ampliùs : conf. Jerem. xxxi, 31. Daniel.ix.27. Actor.xv,10. Col.ii,16. Ebr.viii, cap. x. 1.ſeqq.

§ 8. V. *Renovata denuo*, declarata & impleta demum per Meſſiam, Jeſum Chriſtum. Conf. Devter.xviii.16. ſeqq. Matth.v.17. Rom.v 19.cap. viii.3.x.4. Gal.iii,13.

§. 9. Legis *Uſum*, qvantum ſtatum hodiernum, faciunt vulgò triplicem: & qvantum hominem convertendum vel nondum renatum, & qvantum converſum vel renatum. Ibi eſt (1) *pædevticus* (2) *politicus*. Ille deſcriptus ſuprà ſub initium hujus Loci §. 2. & 3. conf. præſertim Rom. iii, 20. cap.iv, 15. vii, 7. Gal. iii, 19. Hic correſpondet Judicialis (ſuprà membr. iii) uſui: dirigiturq; contra intractabiles & contumaces qvoscunq; homines: conf. Pſal. xxxii, 9. 1.Timoth. 1. 6. Illic (3) qvantum converſos & renatos, *Didaſcalicus* eſt, ut ſit pijs certa qvædam regula vel norma verè, piè ſancteq; vivendi: conf. Pſ. 1. 1. ſeqq. cxix, 105. Proverb. vi, 23. Mich. vi, 8. Rom. xiii, 8. 1. Cor. ix, 27. Gal. v, 14. 1.Tim.1. 5. Ebr. xii, 8.

Poriſmata.

1. *Legis doctrina juxta qvidem Antinomos, ex Eccleſia minimè proſcribenda vel eliminanda, ſed retinenda omninò eſt*
2. *Chriſtus non fuit novus Legislator : contra Pontificios & Photinianos.*

§. 10.

§. 10. *Evangelium* Concio ſuavis eſt vice verſa, agitq; 1. De Univerſali gratia & miſericordia Dei Patris, erga genus humanum 2. De Univerſali merito ſive Mediatore (inter Deum & hominem) Dei filio, Deo-homine, Meſſia, Jeſu Chriſto. 3. De Univerſali Vocatione, oblatione & collatione (præcedentium) per Spiritum S. Vel conciſiùs aliqvantum: Evangelium eſt doctrina divinitùs revelata, plena conſolationis & ſalutis, de reſtitutione hominis vel reconciliatione ejus cum Deo, in ſpecie peccatorum remiſſione merè gratuita, nec non vitæ æternæ hæreditate in, per & propter Chriſti meritum fide apprehenſum. Breviùs adhuc, definitore Apoſtolo: Evangelium eſt potentia Dei ad ſalutem omni credenti: Rom. 1. v, 16. De hoc, Evangelio, in genere, hæc habemus ſeqvẽtia mox Sacræ Scripturæ ll. (Ubi, qvemadmodũ ex ſuperioribus jam qvidem patet, attendendum maximè ad hæc tria principalia ejus capita: De Univerſali Dei gratia & miſericordia, de Univerſali Mediatore, Chriſto Jeſu, de Univerſali Vocatione Spiritus Sancti: qvibus accedit Fides, qvæ tanqvam Inſtrumentalis cauſa ſalutis humanæ, præcedentia omnia apprehendit, applicat ſibi, ſalutariaq; h. m. reddit) Jam, conf. & v. Gen. III, 15. Pſ. LI, 7. ſeq. Jeſ. XL, 1. ſeqq cap LII, 7. ſeqq. LV, 1. ſeqq. cap. LX, 1. ſeqq. LXI, 1. ſeqq. Jerem. XXXI, 31. cap XXXIII, 14. ſeqq. Marc. 1. 1. & 15. cap XVI, 15. ſeq. Luc. II, 10. cap. IV, 18. Joh. 1. 16. ſeqq. III, 16. ſeqq. Actor. XV, 10. ſeqq. Rom. 1. 1. & 16. cap IV, 2. ſeqq. X, 4. ſeqq. XVI, 25. ſeqq. 1. Cor. 1. 21. cap. XV, 1. ſeqq. 2. Cor. IV, 3. ſeqq. cap. V, 18. ſeqq Gal. 1. 11, cap. III, 11. ſeqq. Eph. II, 4. ſeqq. Col. 1. 23. & 25. ſeqq. Ebr. XIII, 8. Apocal. XIV, 16.

Poriſmata.

1. *Evangelium, propriisſimè ſic dictum, non eſt doctrina tota Chriſtiana, multò minùs Concio Legalis vel pœnitentiæ.*
2. *Bonorum Operum meritum heic exeſto: fortiter id repellente præſertim Apoſtolo ad Romanos, alibi: contra Pontificios.*
3. *Abſolutum item & horribile decretum Electionis & Reprobationis exulet valeatq; contra Calvinianos.*

§. 11. *Univerſalis Gratia, dilectio & miſericordia Dei Patris* (in, per & propter Chriſtum fide apprehenſum) erga genus humanum &c. ſuccedit. De qva notetur 1. qvod ſit *totius S. S. Trinitatis opus*, adſcribatur Patri, ex m[illegible], ratione originis & ordinis, qvi [illegible] filium ſuum unigenitum dedit &c. 2. qvod ſit *non abſoluta, ſed limitata* vel ordinata, in reſpectu ad mediatorem Chriſtum ejusdemq; meritum nec non fidem homi-

hominum. 3. qvod ſit *vera, mera in ſeſe & ſeria*, non ficta, fucata vel affectata. 4 *excluſiva Operum*, qvæq; opponitur omnibus omninò Operibus, debito & meritis noſtris. 5. qvod ſit *Univerſalis*, qvæ ſeſe transfundit ad omnes omninò & ſingulos homines: non particularis, ad electos tantùm. Declaratur hæc Sacræ Scripturæ ll. ſeqq. Ezech. XVIII. 23. & 32. cap. XXXIII. 11. Sap. 11, 23. ſ. Matth. XVIII, 14. Johann III. 16. ſeqq. cap. VI. 40. Actor. XVII. 30. Rom III. 24. cap. V. 6 ſeqq. & 15. ſeqq. cap. VIII, 32. ſ. XI. 32. 2. Cor. V, 18. ſeqq. Gal. IV. 4. Epheſ. I. 4 ſeqq. cap. II. 4. ſeqq. 1. Theſſal. V. 9. 1. Timoth. II. 4. cap. IV. 10. 2. Timoth. I. 9. ſeqq. Tit. II, 11. ſeqq. cap. III, 4 ſeqq. Ebr. VI. 17. ſeqq. 2. Petr. III, 9. 1 Johann. IV, 9. ſeqq. Jacob. V. 11.

Poriſma.

Errant igitur graviter, imò impiè ſtatuunt Calviniani (habito reſpectu ad nullitatem Decreti alicujus abſoluti) qvòd DEus non ſerio omnium & ſingulorum hominum velit miſereri, eosdemq; ſalvos fieri: juxta Voluntatem ſigni idqvidem, ut loqvuntur, hoc eſt revelatam. ſed non beneplaciti, hoc eſt, arcanam & abſconditam: Inſimulantes egregiè h. m. DEUM mendacii ipſiſſimi. Notanter Beza, Reſponſ. ad acta colloq Montiſp. part. II. pag. 194. *Hoc dico, nunqvam tempus fuiſſe vel eſſe vel fore, qvo voluerit, velit aut voliturus ſit DEus ſingulorum miſereri.* Piſcator, Herborn. Loc. vol. II. l. 10. th. 21. *Impia eſt eorum ſententia, qvi dicunt, DEum omnes & ſingulos velle ſalvos fieri, nec tamen omnes ſalvos facere.* Calvinus ipſe Inſtit. lib. III. cap 24. §. 16. p. m. 326. *Æterno DEI conſilio fixum non eſſe, ut ſalutis doctrinam omnes percipiant &c.*

§. 12. *Univerſalis Mediator inter DEUM & hominem*, DEus-Homo, DEI & Mariæ Filius, Meſſias, Jeſus Chriſtus ſuccedit ordine & piè humiliterq; conſiderandus. Hujus notanda in individuo: 1. Deſcriptio generalis. 2. Naturæ duæ. Divina & humana. 3. Perſona ſive Unio & communio duarnm Naturarum, nec non conſeqvens Communicatio Idiomatum 4. Status Exinanitionis & Exaltationis 5. Officium: Propheticum, Sacerdotale & Regium. Ubi & in ſpecie viciſſim (1) de Carnis Chriſti, Mediatoris, conceptione & efformatione. (2) Humanæ Naturæ εἰς λόγον aſſumtione, & viciſſim ὑποστάσεως τοῦ λόγου communicatione (3) Perſonæ, Chriſti Mediatoris, Nativitate (4) Educatione & Vita ad trigeſimum usq; annum (5) Miniſterio publico, doctrina & miraculis.

lis (6) Paſſione (7) Morte (8) Sepultura (9) ad Inferos deſcenſu (10) à morte reſurrectione (11) in cœlos aſcenſione, & deniq; (12) ad dextram DEI ſeſſione.

§. 13. Jam, *Deſcriptio nominalis* JESU noſtri datur ab angelo, Matth. I,21. Vocabitur nomen ejus JESUS, ipſe enim (ישע) ſalvũ faciet populum ſuum â peccatis ſuis. *Realis* D. Athanaſii in Symbolo hæc eſt: Chriſtus eſt ſecunda perſona Divinitatis, Filius nempe DEI, DEUS ex ſubſtantia Patris ante ſecula genitus, & homo ex ſubſtantia matris in ſeculo natus. Vel paullò plenior: Chriſtus eſt ſecunda DEitatis perſona, Filius nempe DEI, in plenitudine temporis factus natusq; verè homo, extra peccatum, & qvidem aſſumtione naturæ humanæ *ἀνυποστάτου* in unitatem perſonæ ſuæ, & vicisſim *ὑποστάσεως τοῦ λόγου* communicatione facta carni, adeò ut naturæ hæ duæ diſtinctæ, divina & humana, utraq; in ſeſe & ſuâ naturâ, inconfusè, inconvertibiliter, indiviſibiliter, & inſeparabiliter in unâ eademqve indiviſa perſonâ Chriſti nunc ſimul realiter & perſonaliter unitæ, nec citra ſuam eandemq; ſummam arctisſimamq; naturarum communionem & communicationem propriorum, ex- & ſubſiſtant, maneantq; ita in omnem æternitatem: exemplo & ſimili vel qvalicunq; ut, qvemadmodum anima rationalis & caro humana unus eſt homo, ita DEUS & homo unus eſt Chriſtus: qvi pro nobis hominibus lapſis miſeriſq; eſt paſſus, mortuus & ſepultus, reſurrexit vicisſim è mortuis, aſcenditq; in cœlos, ſedet ad dextram DEI patris, intercedirq; pro nobis, ut hoc modo à peccatis mundatos cùm DEO nos reconciliet & æternæ vitæ particeps reddat. Agiturq; in cõmuni de hiſce in ſeqventibus S. Scripturæ locis: Gen. III,15. c. XLIX. 10. Numer. XXI,8. ſeqq. XXIV,17. ſeqq. Devt. XVIII,18 2. Sam. VII,12. ſeqq. 1. Chron. XVIII,11. ſeqq. Pſalm. II,7. XLV,8. Eſa. VII.14. c. IX. 6. XI.1. ſeqq. XXXV.1. ſeqq. XL.1. ſeqq. XLII. 1. ſeqq. XLIII. 24. LIII, 4. ſeqq. LXIII, 1. ſeqq. Jerem. XXIII, 5. *XXXI*, 22. Dan. VII.13. IX, 25. Hoſ. I,7. c. *XIII*, 14. Mich. V. 2. Hag. II, 7. IX. 9. ſeqq. Zach. VI, 12. ſeqq. Malach. III, 1. ſeqq. Matth. I, 21. XI, 28. XVIII, 12. Luc. I, 30. ſeqq. c. II, 10. *XIX*, 10. XXIV 47. Johann. I, 16. & 29. cap. III, 16. ſeqq. XI, 27. XVII 3. Act. IV. 12. Rom. IV, 25. c. V. 18. *X*. 4. Gal. III, 13. c. IV, 4. Epheſ. II, 20. Col. I, 19. ſeqq. II, 9. 2 Timoth. I. 15. II, 5. Tit. I, 7. c. II, 14. Ebr. II, 14. ſeqq. c. IX, 10. ſeqq. [illegible] 1. Petr. I, 18. ſeqq. c. II, 21. ſeqq. III, 18. ſeqq. 1. Johann. I, 7. c. II, 1. ſeqq. III, 8. IV, 2. Apocal. V. [illegible] XXI, 16. ſeqq.

Poriſma.

Hunc maximè neceſſarium Religionis Chriſtianæ articulum verendumqve myſterium impugnant variè omnis generis hæretici, & veteres & recentiores, recentiores Pontificii, Calviniani, Photiniani, Weigeliani &c.

§. 14. In ſpecie, *de duabus Naturis*, divina & humana, agitur conjunctim qvidem: Pſal. XLV, 8. Jer. *XXIII*, 5. Matth. *III*, 16. ſeqq. XVI, 16. ſeqq. XVII, 5. Johann. I, 14. Rom. IX, 5. Gal. IV, 4. Coloſs. II, 9. *1.* Timoth. *III*, 16. 1. Johann, 1. 7. Separatim ferè: de Natura divinâ: Pſalm. II, 7. Jer. *XXIII*, 6. Oſ. 1, 7. Mich. V, 2. Johann. 1, 1. ſeqq. c. *XX*, 31. Col. 1, 15. ſeqq. II, 9. *1.* Tim. *III*, 16. Tit. II. 13. Ebr. 1, 3. 1. Johann. V, 10. & 20. De natura humana, qvantum corpus & animam: Gen. *III*, 15. XII, 3. XLIX, 10. Jeſ. XI, 1. Matth XXVI, 38. XXVII, 50. Luc. II, 40. c. *XXIII*, 46. Johann. X, 18. 1. Timoth. II, 5. Ebr. II, 14. ſeqq.

Poriſma.

Impugnarunt impiè illam, divinam naturam, jam olim Ebion, Cerinthus, Samoſatenus, Arius, Photinus &c. horumq; hodiè ſeqvaces Socini præſertim atq; Sociniani: hanc, humanam naturam, Marcion, Valentinus, Manes, horumq; pediſſeqvi, hodieq; adhuc Anabaptiſtæ, Schwenckfeldiani, Weigeliani &c.

§. 15. *De Perſonâ Chriſti*, ſive potiùs *Unione perſonali:* qvæ aliud nihil eſt (diſtinctione adhibita, inter Unitionem & Unionem, ἑνούσιωσιν & ἕνωσιν, Actum & Statum, qvorum illa inchoativa & tranſitoria, hæc permanentia ſunt, illa perſonæ ſimplicis τοῦ λόγου, hæc ὑποστάσεως συνθέτου) niſi verbo: Incarnatio τοῦ λόγου, vel aſſumtio humanitatis, ἀνυποστάτου, in Deum τὸν λόγον, vel: ὑποστάσεως τοῦ λόγου communicatio facta carni vel humanitati (ἀνυποστάτῳ) Chriſti: item: Inhabitatio totius plenitudinis divinitatis τοῦ λόγου in carne aſſumta. Conf. & v. Gen. III, 15. Jeſ. VII, 14. cap. IX, 6. ſeq. Jerem. *XXIII*, 5. cap. *XXXIII*, 15. Matth. XVI, 13. & 16. Luc. II, 32. Joh. 1. 14. Rom. 1, 3. cap. IX, 5. Gal. IV. 4. Coloſs. II, 9. 1. Tim. III, 16. Ebr II, 14. ſeqq. 1. Joh. IV, 2.

Poriſmata.

1. *Non tantùm Perſona τοῦ λόγου aſſumſit carnem vel naturam humanam, ſed etiam Natura divina; conſiderata non qvidem abſolutè, ſed in certo ὑπάρξεως τρόπῳ, qvantum λόγου aut Filium DEI: adeoq; Perſona cum Natura, non ſine hac, aſſumſit humanitatem. Hæc tamen Natu-*

ra)

ta[l] mediatè, mediante ſcil. perſona, cujus eſt natura, illa (Perſona) *immediatè. Verbo:* Ἐνσάρκωσις *facta* πρώτως καὶ ἀμέσως ἐν ὑποστάσει τοῦ λόγου, ἑπομένως καὶ ἐμμέσως *in natura divina Filii DEI.* Contrà Calvinianos qvosdam, Bezam, Danæum, Sohnium, item Bellarminum, de Chriſto lib. III. c. 8.

2. λόγος *aſſumens eſt, non Caro item reciprocè:* λόγος *carnem ſibi univit, non caro Deitatem item ſibi.* Cujus rei vel pronunciati veritas, uſus item & abuſus infrà ſeſe pleniùs & planiùs exeret: contra Calvinianos iterùm qvosdam.

3. Τὸ ἑνωτικὸν *ut loqvuntur, naturas duas conjungens vel uniens eſt ipſisſima Filii DEI* ὑπόστασις: *& Unio duarum naturarum facta eſt non ad naturam, ſed ad* ὑπόστασιν *vel perſonam: non ad unius naturæ, ſed unius* ὑφισταμένου *conſtitutionem. Ipſa item humana Chriſti natura in ſeſe eſt* ἀνυπόστατος, *ſubſiſtit autem in* ὑποστάσει τοῦ λόγου: *unde tanqvam perſonata, nihilo ſecius illi actus perſonalis adſcribitur.*

§. 16. Unionis ſeu Connexum ſeu Conſeqvens & Effectus qvaſi eſt Communicatio vel potiùs *Communio duarum Naturarum in Chriſto* (obſervato hoc ſemper, qvod λόγος ſit aſſumens, caro aſſumtum:) qvæ aliud nihil eſt, niſi duarum Naturarum, divinæ & humanæ, diſtinctisſimarum qvidem, (actu naturali) in una eademq; perſonâ Chriſti ſibi invicem præſentisſimarum arctisſima, ſumma, imperſcrutabilis, impermixta, inconfuſa, indiviſibilis, in ſeparabilis & perpetua κοινωνία & περιχώρησις mutuæ (perſonalis actus) ita ut hæc in illa, & illa in hac, neutra verò extra alteram ſit permaneatqve, ex qvo totum deniqve illud promanat, qvicqvid humani de DEO & qvicqvid divini de homine Chriſto deinceps dicitur aut creditur. Cohf. & V. Jer. *XXIII*, 5. c. *XXXIII*, 15. Matth. XVI, 13. ſeqq. cap. *XXII*, 43. Luc. 1, 32. Joh. 1, 14. Act. *III*, 15. Rom. 1, 3. cap. *IX*, 5. 1. Cor. II, 8. cap. XV, 47. Col. II, 3. & 9.

Poriſma.

Neſtorii adeò valeat nec non Calvinianorum παράστασις *nuda vel* τὸ *extra, qvod vocant: qvo qvidem ipſo Unio ſcinditur, perſona finditur, naturæq; ſeparantur. Zwinglii item* ἀλλοίωσις (qvâ de Form. Concord. L. de Perſ. Chriſti p. 770. ſeq.) *Eutychis nec non* σύγχυσις *vel confuſio naturarum &c.*

§. 17. Communicationis duarum naturarum Conſeqvens viciſſim, & ut effectus ad ſuam cauſam ſe habet, *Communicatio*, vel *Communio Idi-*

omatum aut propriorũ vel proprietatum (obſervato iterùm hoc diſcrimine, inter λόγον aſſumentem & conferentem & carnem aſſumtam & participantem) qvæ eſt aliud nihil, niſi participatio propriorum naturæ divinæ & humanæ in Chriſto Θεανθρώπῳ inter ſeſe vel invicem, ab aſſumtione illa humanitatis εἰς λόγον & arctiſſima adeò duarum naturarum in Chriſto unione & communione proveniens, qvâ unius naturæ proprietates alteri naturæ, realiter qvidem diſtinctæ, ſed arctiſſimè eidem counitæ, absq; ulla ſui vel multiplicatione vel confuſione &c. verè & realiter communicantur communicatæq; habentur, qvoad communem poſſeſſionem, uſurpationem & denominationem: ut ipſa hæc adeò (poſſeſſio, uſurpatio & denominatio) vel ab alterutra vel utraqve natura ſimul fiant. V. & conf. loca modò ſuprà cit. §. precedente 16. & qvæ citabuntur mox § 5. ſeqq.

Poriſma.

Errantq; graviter adeò iterum hic Neſtorius, Eutyches (ſimilesq; farinæ homines) ut vel patet ex dictis: Item *ac præſertim Calviniani, qvibus nudè Verbalis, imò ne vix qvidem talis, communicatio dicta eſt.* V. & conf. Beza, Colloq. Mompl. p. 205. Piſcat. Vol. 1. diſp. 10. th. 29.

§. 18. Cæterùm conſtituitur hæc, *Communicatio Idiomatum*, iterùm *triplex* vel triplicis generis. 1. Communicatio, adeoq; participatio *Naturæ ad Perſonam.* 2. *Naturæ ad Naturam* 3. *Officiorum* ſive Operationum inter ſeſe. *Imum genus* Ἰδιοποιΐα vulgò dictum (Appropriatio) eſt, qvando alterutrius naturæ proprietates alteri naturæ, non ſeorſim qvidem & qvaſi ſeparatæ, ſed in concreto ſive toti perſonæ Chriſti appropriantur & attribuuntur, ita tamen ut diſtinctè declaretur, vel certè innuatur, ſecundùm qvam naturam aliqvid toti perſonæ approprietur vel attribuatur. Qvarum (naturarum) cùm duæ ſunt, duo modi ſubordinati hujus primi generis iterum, atq; reciproci iidem exſurgunt (1) qvando naturæ humanæ proprietas divinæ in concreto attribuitur (2) qvando vice verſâ aut reciprocè naturæ divinæ propria humanæ in concreto attribuuntur. Exempla modi primi ſunt v. g. Act. *III.* 15. cap. xx, 28 Rom. *I.* 3. *I.* Cor. *II.* 8. Gal. *II,* 20. cap. IV, 4. *I.* Tim. *III,* 16. *I.* Petr. IV, 1. *I.* Joh. *I.* 1. Exempla modi ſecundi: Jer: *XXIII,* 5 Matth. XVI, 16. Joh. *III,* 13. cap. VI, 62. Rom. *IX,* 5. *I.* Cor XV, 47 *I.* Petr. *III,* 18.

Poriſma.

Iterum graviter hic impingunt præſertim Neſtorius & Neſtoriani, Eutyches & Eu-

& Eutychiani: item Calviniani, qvod vel patet ex ſupra dictis.

§. 19. *II. Genus.* Naturæ ad naturam, Μεταποίια vel ὑπερύψωσις dictu, (& hoc unius generis tantum eſt, non reciprocè ſe habet) eſt qvando divinæ naturæ attributa, omnis omnino Majeſtas & gloria τȣ λόγȣ qvantacunq; illa vel infinita, in ſpecie v. gr. omniſcientia, omnipotentia, omnipræſentia, poteſtas remittendi peccata, vivificandi, judicii exercendi, ſimilia, humanæ naturæ, in unitatem perſonæ Filii Deî aſſumtæ verè, realiter & imperveſtigabili ac ineffabili modo, inde à prima ſtatim conceptione & in omnem æternitatem, communicantur communicataq; manent: divinitas contrà (extra reciprocationem) omnium carnis infirmitatum manet expers: juxta regulam theol: Aſſumti non aſſumentis eſt provectio: vel: Naturæ humanæ fieri potuit ὑπερύψωσις. divinæ nulla ταπείνωσις. Exempla huj9 generis reperiuntur Pſ. XLV, 8. Dan. VII, 13. ſeq. Matth. XI, 26. cap. XVIII, 20. XXVIII, 18. ſeqq. Luc. XXII, 69. Joh I. 14. cap. III, 34. V. 21. ſeqq. VI, 54. XVII, 5. Eph. I. 20. ſeq. Phil. II, 9. Col. II, 3. & 9. Ebr. I, 8. II, 8. & 17.

Poriſma.

Errant maximè heic Pontificii qvidã (Bellarm. De Chriſto lib. III. c 9.) *Calviniani, Calvinus ipſe, Beza, Danæus, Sohnius. Urſinus &c. dona tantum creata & infuſa concedentes, non increata & infinita.*

§. 20. III *Genus.* Κοινοποιΐα dictum, Actiones Officii Chriſti (ejuſdemq; beneficia) concernit, qvatenus eaſdem, vi iterùm & lege Unionis perſonalis, non in, cum, ſub, ſecundum & per unam naturam, ſive divinam ſive humanam, ſed utramq;, cum alterius ſcil. κοινωνίᾳ & communicatione, operatur & perficit. Exempla hujus generis ſunt: Gen. III, 15. Jer. XXIII, 6. cap. XXXIII, 16. Matth. I. 21. Luc. I. 32. ſeq. cap. IX, 56. Gal. III, 13. Eph. V, 2. I. Timoth. II, 5. Ebr. II, 17 I. Joh. I. 7, cap. III, 8.

Poriſma.

Error iterum iterumq; eſt & Pontificiorum & Calvinianorum, qvi contrariis qvidem opinionibus (adde Fr. Stancarum & Andr. Oſiandrum) alterutram naturam ex Officio mediationis excludunt vel certè vilipendunt. Bellarm. de Chriſto lib V. c. I. Danæus, contra B. Chemnit. pag. 237. ſeqq. Authores Admonitionis Neoſtad. anath. 8. p. 90. Sohnius, tom. II. p. 425.

§. 21. *Status Chriſti*, idemq; *geminus* (qvem juxta, pro certa conditione ſui, ſic dicendo, mutationem vel varietatem admittit qvandam)

conſiderandus venit; I. *Exinanitionis*, ita dictus, ſecundùm qvem, ab [illegible] primo (ſic loqvi liceat) vel κατὰ κτῆσιν Majeſtate illa divinà communicatâ carni &c. (de qva ſupra §.10.) Chriſtus qvidem verè & realiter prædictus fuit, ſed hac ſecretò qvaſi habitâ & occultatâ non rarò, [illegible] qvotiescunq; ſaltem libuit voluitq; in tempore χρήσει exercuit manifeſtavitq;, usq; ad ultimum mortis articulum. De qvo ex profeſſo, [illegible] dicas, ad Philipp. cap. II, v. 6. ſeqq. conf. & Matth. XVII. 1. ſeqq. *XXI*, 2. Marc. XIV, 13. Joh. I, 48. Ebr. II, 17. ſeqq. XII. 2. ſeqq.

Poriſma.

Errant proinde Calviniani, qvi illum vel ad utramq; naturam Chriſti, vel ad divinam referunt, & eò Incarnationem ipſiſſimam intelligunt. Sohnius, Tom. II. pag. 246. Sadeel, pag. 192.

§. 22. II. Status *Exaltationis* eſt Majeſtatis communicatæ, laudatæ modò, poſt vel ab ejus (Chriſti) reſurrectione, maxime v. aſcenſione in cœlos, plenarium exercitium & uſurpatio; in ſpecie Seſſio ad dextram Dei patris & omnipræſens ubiqve ſecundùm communicatam hanc carni majeſtatem dominum, cum hæc conſeqventibus. V. & conf. Pſ. CX, 1. Matth. *XXVI*, 64. cap. XXVIII. 20. Marc. XIV, 62. XVI. 9. ſeq. Joh. XVII, 5. & 24. Rom. VIII, 34. Eph. I. 20. ſeqq. cap. IV 10. Philip. II, 9. Ebr. I, 3. ſeq. cap. VII, 24. ſeq, VIII, 1. X. 12. ſeqq. *XII*, 2. ſeqq.

Poriſma.

Iterùm allucinantur hîc Calviniani, qvi Statum hunc ad utramq; Chriſti naturam referunt. Sohnius, in exeg. Aug. Confeſs. pag. 179. Keckermann. Syſtem. theol. pag. 364.

§. 23. *Officium Chriſti* ſeqvitur, qvo functus eſt hic in tempore fungiturq; ex parte adhuc: qvod triplex eſt: *Propheticum, Sacerdotale atq; Regium*. 1. Officium *propheticum* eſt poteritq; deſcribi: ſecundùm qvod Voluntatem Dei de ſalute noſtrâ revelavit nobis, nec non miniſterium eccleſiaſticum inſtituit. Conf. Deut. *XVIII*, 18. Jeſ. LXI, ſeqq. Matth. XVII, 5. c. XXVIII, 19. Marc. *XVI*. 15. Luc. IV, 18. cap. VII, 16. cap. *XXIV*, 27. Johann. I, 18. cap. *XX*, 21, ſeqq. Act. I. 3. ſeq. Epheſ. IV, 11. 1. Petr. V. 4.

Poriſma.

Error interim Photinianorum eſt: Chriſtum Legem Moſaicam vel Moralem additionibus novis compleviſſe & perfeciſſe. Catech. Racovienſis, Oſterodus in Inſtit, Smalc, &c.

§. 24. (2)

§. 24. (1) Officium *Sacerdotale*, ſecundum qvod, tanq. Mediator (& activè & paſſivè) Legi Dei perfectam pro nobis obedientiam præſtitit, adeoq; ſe ipſum pro nobis, h. e. totius mundi peccatis, originis & actualibus, omnibus & ſingulis, tanqvàm hoſtiam DEO obtulit, nosqve hac ratione Eidem reconciliavit, in ſpecie, â diaboli, peccati & mortis captivitate in libertatem adoptionis ſuæ aſſeruit, ſedensq; ad dexteram DEI patris adhuc intercedit pro nobis. Conf Gen. III, 15. Pſal. *cx*, 4. Jeſ. XLIII, 24. LIII, 4. & ſeqq. cap. LXIII, 1. ſeqq. Hoſ. *xiii*, 14. Matth. I, 21. cap. V, 17. Johann. I, 29 Rom. V, 19. cap. VIII, 34. Galat. III, 13. cap. IV, 4. 1. Timoth. II, 5. 2. Timoth. II, 5. Tit. II, 14. Ebr. II, 17. IV, 15. ſeq. V, 8. VII, 26. ſeqq. *ix*, 11. ſeqq. 1. Petr. II, 24. 1. Johann. I, 7. cap. II, 1.

Poriſma.

Omnia hæc impiè Photiniani pernegant impugnantqve, Chriſtum Mediatorem æqvivocum, metaphoricum & metonymicum dicentes, qvi vita & mortis exemplo nobis ſaltem præiverit.

§. 25. (3) Officium *Regium*, juxta qvod hîc & nunc & in omnem æternitatem, gratiosè, potenter & gloriosè, maximè poſt ſuum adſcenſum in cœlos & ſesſionem ad dextram patris, ſusceptâ imperii adminiſtratione, juxta communicatam ſibi, h. e. carni ſuæ, majeſtatem, regit ac dominatur omnibus creaturis, maximè inimicis ſuis & noſtris, donec venturus eſt aliqvando judex tanqvam hominum noſtrûmq; omnium, vivorum mortuorumq;, Conf. Pſ. cx, 1. Dan. VII, 14. *Zach. ix*, 10. Matth. XXV, 34. Marc. *xvi*, 19. Luc. I. 33. cap. *xxiv*, 26. Joh. *xviii*, 36. Act. II, 33. cap. VII, 55. Eph. I, 20. ſeq. Philip. II, 9. ſeqq. Col. II, 15. Tit. II, 13. Ebr. VIII, 1, *x*, 12. ſ. 2. Petr. I, 11, Apocal. *xi*, 15. cap. *xii*, 10.

Poriſma.

Et hæc labefactant, extenuant, qvin annihilare ſtudent variè, iterùm Photiniani. Qvalia vid. ſuo l.

§. 26. Qvibus de Servatore noſtro ità genericè præſuppoſitis, ſpecialiùs pauiò evolvenda nobis qvædam ſunt, Curſum qvæ Vitæ ejus concernunt, â primo conceptionis momento & incarnatione usq; ad reditum ad Patrem ejuſdemq; exaltationem glorioſam &c. I. *Conceptio* itaq; Chriſti eſt Actus Incarnationis ejus primus noviſſimusq; (prioritate non temporis, ſed ordinis habitâ, in reſpectu ad aſſumtionem & unitionem carnis) qvo Angelo annunciante, Virgine Maria aſſentiente & Spiritu S. ſuperveniente, mox hujus operatione in utero B. Virginis,

pecca-

peccaminoſæ & ipſius, portio certa qvædam maſſæ ſeminalis Virginis ſegregata, ſanctificata & miraculosè affirmata, adeoq; Conceptio carnis Chriſti ſupernaturaliter facta fuit. Vid & conferenda ll: Gen. III, 15. Jerm. *xxxI*, 22. Dan. II, 45. Matth. I. 18. ſeqq. Luc. I. 31. ſeqq. Ebr. II, 14. ſeqq.

Poriſma.

Hunc conſpurcant actum vel articulum variè Valentiniani, Photiniani & Weigeliani.

§. 27. II. *De concepta Carnis aſſumtione τοῦ λόγου & Unione hypoſtaticâ* mox in utero B Virginis (*ἅμα σὰρξ ἅμα Θεοῦ λόγου σάρξ* : Damaſc.) ſuprà qvantum ſufficit, nì fallimur, dictum eſt: adeoq; ne actum agamus, pluribus h. l. agere ſuperſedemus.

§. 28. III. *De Nativitate* in lucem hanc Perſonæ Chriſti, filii Dei & Mariæ, Servatoris noſtri, ex Mariâ B. ſemper Virgine miraculoſa, vid. ll. Gen. *XLIX*, 10. ſeqq. Jeſ. VII, 14. cap. IX, 6. ſeqq. *XI*, 1, Ezech. XLIV, 2. Dan. II, 44. Mich. V, 2. Hag. II, 7. ſeqq. Matth. I, 18. ſeqq. Luc. II, 4. ſeqq. Joh. I. 14. Gal. IV, 4. I. Tim. III, 16.

Poriſma.

Valeant heic Helvidius, Helvidiani, Judæi, itemq; Calviniani nonnulli, oppugnatores Virginitatis perpetuæ Mariæ Θεοτόκου, *matris ſimul & virginis.*

§. 29. IV. *Educatio Chriſti & decurſus Vitæ ejus* uſq; ad annum trigeſimum & ſuſceptum baptiſmum ſuccedunt, & qvidem: (1) Circumciſio octavo die ſuſcepta, nominisq; JESU impoſitio: Luc. II, 21. (2) à Magis delata adoratio: Matth. II, 1. ſeqq. (3) Præſentatio in templo: Luc. II, 22. ſeqq. (4) Fuga in Ægyptum: Matth. II, 14. ſeqq. (5) Vita Chriſti privatim transacta ad annum usq; trigeſimum: breviſſimis & ſtrictim attacta ipſa ab uno Luca, cap. II, v. 40. ſeqq. ad fin.

Poriſma.

Valeant baſiatores, Pontificii nonnulli, miraculorum Chriſti in infantia ſua & annis ſeqq. editorum.

§. 30. V. *Miniſterium publicum & doctrina Chriſti*, item *miracula*. Qvæ omnia anteceſſit: 1. Baptiſmus à Johanne ſuſceptus in Jordane: Matth. III, 13. ſeqq. Marc. I, 9. ſeqq. Luc. III, 21. ſeqq. 2 Jejunium & tentatio à Diabolo, reportataq; hinc Victoria: Matth. III, 1. ſeqq. Luc. IV, 1. ſeqq. 3. Miniſterium ipſum: ejusdemq; adeò initium, decurſus, anni certi & finis.

finis. Qvo de in genere videndus Lucas Actor. I, 21. ſeq. adſtruens ibid. tempus miniſterii publici Chriſti intra Baptiſmum ejus & adſcenſum in cœlos. In ſpecie & communiter, annos tribuunt eidem ipſos tres vel triennium cum parte qvadam qvarti anni. 4. Doctrina Chriſti. Hujus ſumma exponitur ab angelo Matth. I, 21. & Luc. II, 10. ſeqq. & à Servatore Chriſto ipſo Luc. IV, 16. ſeqq. Joh. III, 14. & ſeqq. alibi paſſim. 5. Deniqve Miracula expoſita ab Evangeliſtis paſſim in hiſtoria evangelica: qvorum primum deſcribitur Joh. cap. II, præſertim v, 11.

Poriſma.

Propriè & principaliter Chriſtus non fuit Doctor Legis, (multò minus novus Legislator) ſed Evangelii.

§. 31. VI. *Paſſio*, ſive *hiſtoria Paſſionis*, & verè illa talis ac realis, totiusq; perſonæ Chriſti prædicitur & adumbratur in V. Teſt. Pſalm. XXII. Jeſ. XLIII, 24. cap. L. 6. cap. LIII. 3. ſeqq. LXIII, 1. ſeqq. Zach. XI, 12. ſeqq. XII, 10. XIII. 6. ſeqq. deſcribitur graphicè in Novo: Matth. cap. XXVI, & ſeq. Marc. XIV, & ſeq. Luc. XXII. & ſeq. Johann. XVIII. & ſeqq.

Poriſmata.

1. *Errant Zwingliani & Calviniani iterum heic, qvi Chriſti ſolam humanam naturam paſſam contendunt paſſim. Conſenſus orthodoxus, Admonitio Neoſtad. Bucanus, Beza, Piſcator, Fr. Junius. alii.*
2. *Socinus & Sociniani, qvi fructum Paſſionis dominicæ hypotheſibus ſuis evertunt pernegantq;*

§. 32. VII. *Mors* ipſiſſima: & qvidem pro nobis hominibus iisdemq; omnibus & ſingulis: Dan. IX, 26. Matth. XXVII, 50. Marc XV, 37. Luc. XXXIII, 46. Joh. XIX, 30. Act. VII, 52. Rom. V, 10. cap. VI, 10. 1. Cor. XV, 3.

Poriſma.

Hujus fructum iterùm & Sociniani & Calviniani enervant invertuntq;. Weigeliani cum Cerdonitis & Manichæis hanc (mortem) planè negant.

§. 33. VIII. *Sepultura Chriſti* deſcribitur: Jeſ. LIII, 9 Matth. XXVII, 57. ſeqq. Marc. XV, 42. ſeqq. Luc. XXIII, 50. ſeqq. Joh. XIX. 38. ſeqq. Actor. XIII, 29. 1. Corinth. XV, 4. Atq; hactenus Status Chriſti Exinanitionis & qvæ ad hunc pertinent. ſeqvitur Exaltationis, & huc ſpectantia.

§. 34. IX. *Deſcenſus ad inferos* verus, realis ac ſubſtantialis: qvem evincûnt loca Sacra Scripturæ hæc qvidem: Hoſ. XIII, 14. 1. Corinth. XV, 54. ſeqq. Eph. IV. 9. Col. II, 15, 1. Petr. III, 18. ſeqq.

Poriſma.

Malè Pontificii Chriſtum tantùm ſecundùm animam deſcendiſſe affirmant. Calviniani verò & Photiniani realem deſcenſum planè, metaphorico in ejus locum ſubſtituto, pernegant.

§. 35. X. E mortuis tertia die *Reſurrectio* · haud viſa carnis corruptione, qvin potiùs glorioſo corpore, itemq; propria ſua virtute, Chriſti totius ſcil. Pſal. xvi, 10. Matth. xxviii, 6. ſeqq. Marc. xvi, 5. ſeq. Luc. xxiv, 6. ſeq. Joh. ii, 19. cap. x, 18 Actor. ii, 24. ſeqq cap. x. 40. c. *xiii*, 30. 1. Cor. xv, 4. & 20. 2. Timoth. ii, 8. Item, 40. dierum ſpatio in terris commoratio & manifeſtatio: Matth. xxviii. Marc. xvi. Luc. xxiv. Joh. xx. & xxi. Actor. 1, 3. 1. Cor. xv, 4. ſeqq.

Poriſmata.

1. *Errant Calviniani, qvi Chriſtum ſimul virtute divina carni ſuæ communicatâ reſurrexiſſe negant: Beza* in Colloq. Mompel. p. 218. *Item, corpore ſuo glorioſo jam jam penetraſſe ſepulchrum januasq; clauſas. Calvinus* Juſtin. lib. iv. c. 17 ſect. 29. *Zwingl.* part. 1. Reſp. ad Luth. pag. 465. *Sohnius*, Tom. ii. pag. 263. *Sadeel* pag. 198. &c.

2. *Photiniani, qvi propria virtute reſurrexiſſe planè negant, & ſimilia.* Catech. Racov. Socinus, Oſtorodus, Smalcius, Eraſmus &c.

§. 36. XI. *Ad cœlos* (non creatum aut corporeum) majeſtatico triumpho vera & realis *Aſcenſio*; Pſal. lxviii, 18. ſeqq. Zach, xiv. 4. Marc. xvi, 19. Luc. xxiv. 50. ſeqq. Act. 1. 9. cap. ii, 33. Eph. iv, 8. ſeqq. Ebr. ix, 24.

Poriſma.

Errant Pontificii & Calviniani, imò & Photiniani, qvi cœlum in qvod Chriſtus adſcendit creatum & corporeum locum eſſe ſtatuunt: & qvo in ipſo humanitate ſua à nobis nunc abſit.

§. 37. XII. *Ad dextram DEI ſeſſio*, cum hanc conſeqventibus. Qvæ eſt exaltationis Chriſti, ſecundum humanam naturam, ſummus & perfectisſimus gradus: non locus certus vel ſolium creatum, ſed majeſtatis divinæ (ad modum dextræ Dei) jamjam communicatæ anteà carni plenarium & perpetuum exercitium & uſurpatio, nec non adeò dominium univerſale & planè majeſtaticum: & qvæcunq; huic annexa ſunt. Qvo de Vid. jam plura ſuprà in doctrina de Statu Exaltationis & Officio regio Chriſti §. 22. & 25.

Poriſma-

Poriſmata.

1. *Errant Calviniani, qvi hanc ad utramq; naturam Chriſti referunt. Item, localem, in certo cœli loco, qvi fingunt.*

2. *Photiniani, variè qvidem: maximè dum certum eidem terminum & finem aſſignant, affinguntq;.*

§. 38. *Univerſalis Vocatio, Oblatio & Collatio ſuperiorum omnium* (immò *Conſervatio & Confirmatio finalis*, in hiſce) per Spiritum S. ſeqvitur. Qvibus mediantibus, voce Legis & Evangelii, homo vocatus invitatusq;, per Pœnitentiam porrò vel Contritionem & Fidem Converſus ad DEUM (Spiritus S. Opera hæc ſingula, omnia) juſtificatur, renovatur & ſanctificatur, imò conſervatur & confirmatur finaliter in bono: adeoq; inſtauratur vel reſtituitur ex ſtatu miſeriæ in ſtatum priſtinum Integritatis originalis: qvanqvam in hac vitâ inchoativè ſaltem, conſummativè, imò plus ultrà, in altera illa. Ubi adeò atq; in ſpecie: 1. de Vocatione Spiritus S. univerſali, in genere. 2. de Converſione hominis ad DEUM articulus in ſpecie, item adeoq; de Pœnitentia & Fide doctrina. 3. de Juſtificatione hominis coràm Deo. 4. de Renovatione ejus, ſanctificatione & Bonis Operibus: qvæ ſeqvuntur tandem 5. & Conſervatio & Confirmatio finalis in bono &c.

§. 39. I. *De Vocatione Univerſali Sp. S. in genere* notentur hæc qvidem: qvod Vocatio, de qva in præſenti, per Sp. S. ſit 1. *Opus* & ipſum qvidem *totius S. S. Trinitatis*, adſcribitur v. Spiritui S. ratione ordinis & exercitii, qvod præſertim ipſi in Scriptura S. tribuitur & adjudicatur 2. qvod *non* ſit *abſoluta* vel abſolutæ voluntaits, aut cogens vel violenta, ſed ordinata ad certa media, Verbum ſcil. legis & evangelii, item ſacramenta, nec non obſeqvium hominum. 3. qvod ſit *ſeria* interim ex parte Dei, non ficta aut fucata. 4. *Univerſalis* iterùm, qvæ ſeſe extendit ad omnes omninò homines, etiam converſos jam jam, ſed lapſos iterùm 5. qvod ſit ratione effectus (renovationis vel ſanctificationis) *inchoans*, *non conſumens* perficiensq; hic & nunc integritatem illam originalem. Declaratur hæc locis, S. Sæ ſeqq. Gen. IX, 26. ſeqq. Jeſ. XLV, 22. ſeq. cap. LV, 1. ſeqq. LXV, 1. ſeqq. Jer III, 1. 12. ſeqq. Ezech, XVIII, 26. ſeqq XXX, 1., XXXVI, 26. Joel. II, 12. Zeph. III, 9. ſeqq. Zach. I. 3. VIII, 7. ſeqq. & ultim. Mal. I, 11, Sap. XII, 1. ſeqq. it. V, 19. ſeqq. Matth. III, 2. IX, 12. ſeqq. XXVIII, 19. Marc. I. 15. XVI, 15. Luc. XXIV, 47. Act. XIII, 46. cap. XVII, 30. Rom. I:,

4. ſeq. x, 18. xi, 32. Philip. i. 6. Col. i. 23. 1. Theſſ. v, 24. 2. Theſſ. ii, 13. ſeq. 1. Timoth. ii, 5. 2. Tim, i, 9. ſeq. 1, Petr. v, 10. 2, Pet. i, 3. iii, 9. Apocal. iii, 20.

Poriſmata.

1. *Errant iterùm graviter Calviniani, habito reſpectu ad abſolutum decretum ſuum*, *Beza* maximè, in Colloq. Mompl. pag. 385. & 433, blaſphemè aſſerens: *non ſeriam eſſe ex parte Dei Voluntatem ejus vel Vocationem hominum*.

2. *Errant Novatiani (jam olim) hodieq; Photiniani, ſemel converſos vel renatos, interimq; lapſos, in gratiam Dei, denuò ire redireq; poſſe negantes.* Confer Ezech. xviii, 30. Matth. xviii, 18. Joh. vi, 37. Gal. vi. 1. ſeqq. Apocal. ii, 5.

§. 40. II. *Converſio* porrò *hominis ad Deum eſt* Opus Dei (Spiritus S.) unius, ſolius (excluſis penitùs naturalibus hominum viribus, qvantum activitatem ſuam) qvo homo, ut ſubjectum convertendum, merè qvodqve ſe paſſivè habet, voce Legis & Evangelii per Pœnitentiam & Fidem (non excluſo Sacramentorum uſu legitimo) convertitur ad Deum, juſtificandus hoc modo, ſanctificandus & reſtituendus ex ſtatu miſeriæ in ſtatum priſtinum integritatis originalis &c. De hac in genere ſeqventia S.Sæ. agunt loca: 2. Sam. xii, 23. Pſ. xxxii, 5. Jeſ. i. 16. ſeqq. cap. lv 7. lxvi, 2. Jerem xviii, 8. cap. xxiv, 7. xxxi, 8. Thren. iii, 40. ſeqq. Ezech. xi, 19. ſeqq. cap. xviii, 30. ſeqq. xxxiii, 12. xxxvi, 26. Hoſ. vi, 1, ſeq. xiv, 2. Joel. ii, 12. Jon. iii, 10. Mich. v, 18. Hab. ii, 14. Zach. i, 3. ſeqq. Mal. iii, 7. Sir. v, 8. cap. xvii, 28. cap. xviii, 22. ſeqq. Or. Manaſ. Marc. i. 15. Luc. xviii, 13, cap. xxiv, 46. Joh. iii, 5. cap. vi, 44. xv, 5. Actor. ii, 21. & 38 cap. iii, 19. xiv, 15. xvii, 30. xx, 21. xxvi, 18. Rom. ii, 4. 1. Corinth. ii. 14. 2. Cor. iii, 5. cap. xii, 3. Eph. ii. 8. Phil. ii, 13. Tit. iii, 4. 1. Petr. i, 23. 2. Petr. iii, 9. 1. Joh. i, 9. Jacob. iv. 8. Apocal. ii, 5.

§. 41. Eſſentiales Converſionis partes ſunt Pœnitentia vel Contritio & Fides. *Pœnitentia* (partialiter pro Contritione cordis ſumta) eſt opus DEI, qvo voce Legis territus homo de miſeria ſua non tantùm admonetur, ſed & atqve in ſpecie hanc (miſeriam) & peccata ſua ſerió agnoſcit, de iisdem dolet, execratur eadem, hincq; extremè ad temporalem & æternam usq; mortem atq; interitum dejicitur. De hac in ſpecie ſeqvent. agunt S. Scripturæ loca: 2. Sam. xii, 13. cap. xxiv, 10. 1. Chron. xxii, 8. ſeqq. Pſalm. vi. Pſal. xxxii. Pſal. xxxviii. Pſal. li. Prov. xxviii, 13. Jerem. iii, 13. xiv, 20. Thren. iii, 40. Ezech. xviii, 21. ſeqq. Hoſ. xiv, 2. ſeqq.

Joel

Joel.II,12. Tob.III,2. ſeqq. Sir.XXVIII,1.ſeqq. Or. Manaſs. Marc.I,15.Luc. XV,18. ſeqq. XVIII.13. XXIV,46.ſeq. Actor.II,38. cap. XVII, 30. cap.XX, 21. 2. Cor.VII,10, 2.Petr.III,9. 1.Joh.I,8. ſeqq.

§. 42. *Fides* contrà (non excluſis ſed incluſis Notitia & Aſſenſu) eſt Opus Dei, Spiritus S. qvo mediante Evangelio homo miſer atqve contritus confugit unicè (citra omne ſuum meritum) ad miſericordiam Dei univerſalem, nec non Chriſtum mediatorem ejusdemq; meritum, hac (fide) utraq; apprehenſa, ad peccatorum ſuorum remiſſionem & ſalutem æternam, cum firmo propoſito de ſanctitate vitæ ſuæ deinceps & in poſterum inſtituendâ. De hac hæc habentur S. Scripturæ loca: Gen.XV,6. Numer.XXI,9. 2.Chron.XX,20. Pſ.XXVIII,7. XXXI,2. XXXIII, 18. XXXVII, 4. ſeqq. XXXIX, 8. ſeqq. LI, 3. LXXI, 2. ſeqq. Proverb. XVIII, 10. Jeſ.IX.24. LIII,II. Jerem.V.3. Thren.III,25.ſeqq. Dan.IX,18.Hoſ.II,20. Hab. II,4. Sap.XVI 26. Sir.II,II. ſeqq. 1. Maccab. II, 61. Or. Manaſs. Marc.I,15. Luc.XVIII,13. Johann.I,12. III,18.& 36. cap.V.24. VI,29. 40. 47. XI, 25. ſeq. XVII,20. XX, 29. ſeqq. Act.X,43. cap.XVI,31.XXIV,14. Rom III.18. IV, 5. ſeq. VIII,38. X, 4.10.XIV,23. Gal.II,16. III,22.ſeqq.V.6. Eph.I,17. ſeqq.cap.II,8.III, 12. Philipp. III, 9. Col.I,23 Ebr.IV,16, XI, 1. ſeqq. 1.Joh.III,23, V.4. ſeqq. Jacob.II,5.ſeqq.

Poriſmata.

1. *Valeant Pelagiani heic & Synergiſtæ qvicunq;, qvi viribus humanis vel naturalibus in converſionis opere plus æqvo tribuunt.*
2. *Contritio in ſeſe nihil, gratiam divinam haud meretur: contra Pontificios.*
3. *Bonorum Operum meritum, meritum inqvam, item heic exeſto: omninò.*
4. *Nova Obedientia in ſeſe non eſt pars Pœnitentiæ vel Converſionis ad DEUM: ſed ejus fructus & effectus.*
5. *Contritio cordis, confesſio oris, & ſatisfactio operis ex mente Pontificiorum & præſertim prout ab iisdem definiuntur (tanq. meritoriæ expiationis peccatorum, &c.) non ſunt partes pænitentiæ vel Converſionis ad DEUM veræ.*

§. 43. III. *Juſtificatio* hominis coram Deo eſt actio DEI, qvâ Idem ſolus, ſolus homini miſero & ad ſeſe ſeriò per pœnitentiam & fidem converſo ex mera gratia atq; miſericordia ſuâ obedientiam & meritum vel ſatisfactionem Chriſti mediatoris cum omnibus & ſingulis benefi-

 ciis

ciis ſuis ita tribuit atqve imputat, qvaſi verò ille hæc reapſe præſtitiſſet, adeoq; â peccatis & reatu, præſertim mortis æternæ, liberum pronunciat, abſolvit juſtificatq́;, ut deinceps hoc modo reconciliatus cum Deo, porrò renovatus, ſanctificatus confirmatusq; fiat, ſit maneatq́; hæres vitæ æternæ. Videantur loca S. Scripturæ. ſeqq. Gen. xv, 6. 2. Sam. xii, 13. Pſal *xxxii*, 1. ſeqq. Jeſ. xliv, 22. xlv, 22. ſeqq. Jerem. iii, 23. ſeq. *xxxi*, 34. Mich. vii, 18. ſeqq. Sap. xvi, 12. & 26. 1. Macc. ii, 52. Act. iv, 12. cap. x, 43. xiii, 38. xv, 11. xvi, 31. Rom. i, 17. cap. iii, iv, v, viii. 3. & 33. 1. Corinth. i, 30. 2. Cor. v, 18. ſeqq. Gal. ii, 16. iii, 8. ſeqq. & 22. ſeqq. cap. iv, 4. cap. v. 5. Epheſ. ii, 8. Philipp. iii, 9. Coloſs. ii, 14. 1. Petr. i, 19. 1. Joh. i, 8. ii, 2.

Poriſmata.

1. *Hunc impugnat præcipuum religionis Chriſtianæ articulum Papatus toties, qvoties ſibi fingit pingitq́; Juſtificationis præterea modos & numeros innumeros, B. Mariam, v. gr. Sanctos, Martyres, monachos, moniales, ordines, regulas, opera, ceremonias, miſſas, indulgentias, jejunia, infinita alia.*

2. *Non ad modum Qvalitatis, vel per habitum juſtitiæ infuſum inhærenseqvè homini intrinſicè DEI donum Juſtificatio fit: ſed aliqvid DEI, ſic dicendo, extra hominem, & imputativum qvid eſt: ut cauſa non cauſatum adeoq́; ſe habet: contra Pontificios.*

3. *Sola Fides inſtrumentaliter juſtificat: principaliter & formaliter gratia DEI & meritum Chriſti imputatum nobis: Operum meritis, ut cauſa, vel formale, aut pars qvædam Juſtificationis, locus hîc nullus planè eſt, nullus: contra eosdem. Ut conſeqvens eſſentiale & effectus vel fructus omninò.*

§. 44. IV. Juſtificationis ut conſeqvens & effectus ſe habet *Renovatio* vel *Sanctificatio*, item V. *Conſervatio* & *Confirmatio finalis* in bono: qvæ & ipſa (ut anteà omnia) ex operatione proveniunt Spiritus S. qvatenus homo jam jam juſtificatus ad imaginem priſtinæ integritatis renovatur nunc & ſanctificatur, præſtitis per Spiritum S. gratiam in poſterum obedientialiter & non ſine lubentia præſtandis, cooperandoqve hac vice illi Spiritui S. per Bona Opera, non qvidem idq; viribus ſuis propriis & naturalibus, ſed divinitùs (ut ſuprà jam dictum) conceſſis: conſervandus demùm confirmandusq́; in bono atq́; hac gratia finaliter: ut ut qvantum renovationis negotium, & plenariæ reſtitutionis in priſtinam concreatam integritatem, propter ad hærentem adhuc homini

mini in hac vitâ imperfectionem, hic & nunc inchoativè ſaltem, non perfecto modo; conſummativè, imò plus ultrà, in altera illa vita: poſtremùm hæres adeòq; hoc modo filiusq; adoptivus vitæ æternæ.

§. 45. *Bona Opera* in ſpecie (hæc qvantum) ſunt aliud nihil, niſi exercitia ſimilia qvotidiana hominis renovati ſanctificatiq; ſive interiora ſive exteriora: at verò illa non electitia, ſed mandata divinitùs, qvorum major pars comprehenſa traditur in Decalogo: neq; juſtificant eadem, conſervant aut ſalvant, ſed demonſtrant fidem juſtificantem novumq; hominem: facienda tandem in Dei gloriam & ad exædificationem cùm noſtri tùm proximi. Videnda nunc loca Scripturæ Sacræ ſeqq. Exod. *xx*, Devt. *v*, cap. *xii*, 8. & 32. Pſal. xv, Pſal. *xxxiv*, 12 ſeqq. Prov *xxv*, 21. ſeq. Eccleſ. xii, 13 ſeq. Jeſ. 1, 16. cap. *xxix*, 3 ſeq. cap. LVIII, 7. & ſeqq. Jer. *x*, 23. ſeq. Mich. *vi*, 8. ſeq. Zach *vii*, 9. ſeqq. cap. VIII, 16. ſeqq. Sap. x, 12. cap. xv, 1, ſeqq. Tob. IV, 6. ſeqq. Sir. 1, 34. ſeqq. II, 1, ſeqq. cap *xi*, 20, ſeq. Matt. III, 8. cap. V, 16. VII, 12. & 17. ſeqq. Luc. XVII, 10. Joh. *xiii*, 34. Rom. *ii*. 6. ſeqq. cap. *iii*, 19. VI, 4. & 22. cap. XIII, 8. ſeqq. cap. *xiv*, 23. 1. Corinth. *vi*, 9. ſeq. cap. x, 31. *xiii*, 13. 2. Cor. III, 5. Gal. II. 16. V. 16. ſeqq. cap. VI, 7. ſeqq. Epheſ. *ii*, 10. cap. IV, 17. ſeqq. cap. V, VI. tota. Philip. II, 13. ſeqq. cap. *iii*, 7. ſeqq. *iv*, 8. Col. III, 16. ſeq. 1. Theſſ. IV, 4. ſeqq. 1. Tim. *i*, 5. cap. IV, 9. cap. VI, 11, ſeqq. 2. Tim. II, 19. ſeq. Tit. II, 11, ſeqq. cap. *iii*, 8. Ebr. x, 23. ſeq. cap. XII, 14 1. Petr. III, 8. ſeqq. cap. IV, 7. ſeqq. 1. Joh. *ii*, 15. ſeq. III, 18. IV, 19. ſeqq. Jacob. 1, 22. & ult. cap. II, 14. ſeqq. cap. IV, 17. V, 13. Apocal. III, 15. ſeq. cap. XXII, 11, ſeqq.

De Conſervatione & Confirmatione finali in ſpecie hæc agunt S. Scripturæ ll: Rom. V, 1. ſeqq. item 8. ſeqq. cap. XI, 19. 1. Corinth. *i*, 8. ſeq. Philipp. 1, 6. cap. II, 13. Col. 1, 23. 2. Timoth. 1. 12. Ebr. XIII, 5. 1. Petr. I, V. cap. V, 10. 1. Joh. III, 19, ſeqq.

Poriſmata.

1. *Bona Opera irregenitorum ſive gentilium (imò hæreticorum) Bona Opera propriè non ſunt, coram Deo: idq; maximè propter perſonam, qvæ huic reconciliata nondum, adeoq; placens non eſt. vid. Rom. XIV, 23.*
2. *Bona Opera neceſſaria ſunt: ſed non ad ſalutem &c. contra Majoriſtas, &c.*
3. *Et Conſervatio & Confirmatio finalis in bono Dei, Verbi, Sacramentorum & Fidei res eſt in ſeſe, non Bonorum Operum noſtrorum. 1 Petr. 1, 5.*

§. 46. *Sigilla* reſtant, qvantum fœdus ſive Statum Inſtaurationis humanæ: annexa ſuperioribus, notæ tanqvam & ſymbola certa qvædam

dam Sacramenta vulgò vocant. Qvorum Vet. Inſtrumenti vel fœderis fuère: *Circumciſio* & *Agnus paſchalis*. Novi ſunt: *Baptiſmus* & *Cœna S. ſive Dominica.*

§. 47. *In genere Sacramenta* ſunt nihil aliud niſi, ut jam ex parte dictum, Sigilla (σφραγῖδες, Rom. IV. 11) qvædam gratiæ divinæ (ſuperioris) inſtituta divinitùs, &c. vel, ut vulgò definiuntur, ſunt ritus qvidam certi, qvi habent mandatum Dei & qvibus gratiæ promisſio eſt addita. Vel expresſiùs aliqvantùm adhuc, eſt Sacramentum (in genere) Actio ſacra & ſolennis divinitùs (certo & peculiari verbo) inſtituta & ordinata, conſtans in adminiſtratione & diſpenſatione nec non acceptione (δόσει καὶ λήψει) rei certæ, cùm terrenæ tùm cœleſtis, invicem ſibi myſticè & ſacramentaliter unitarum præſentisſimarumq; (qvod intelliges maximè de Sacr. N. T.) qvâ Deus non ſolùm obſignat gratiam evangelii & beneficia ſua ſuperiùs nobis oblata, collata atq; delineata, adeoqve (verbo) reconciliationem ſui cum nobis, ſed & bona certa cœleſtia qvædam in ſingulorum ſacramentorum inſtitutione expreſſa & promiſſa, per externa illa vel terrena ſ. media ſ. ſymbola ſingulis ſacramento utentibus verè & realiter (iterùm maximè in Novo fœdere) confert & exhibet, renatis verò & fidelibus ſolis ſalutariter applicat. Conf. & vid. Gen. cap. XVII, 10. ſeqq. Exod. XII, 1. ſeqq. Matth. XXVI, 26. ſeqq. cap. XXVII, 19. Marc. XIV, 22. ſeqq. cap. XVI, 15. ſeqq. Luc. *XXII*, 19. ſeqq. Roman. IV. 11, 1. Cor. XI, 23. ſeqq. Col. II, 11. 1. Petr. III, 21.

Poriſmata.

1. *DEI ſolius eſt condere Sacramenta.* Item, *purè ab eodem omnis eorundem veritas, vis & efficacia dependet*: contra Pontificios & Calvinianos.
2. *Sacramentorum natura tota in actione conſiſtit: extra hanc non ſunt ampliùs ſacramenta*: contra eosdem.
3. *Non ſunt nuda ſigna, ſignantia ipſa tantum; ſed efferentia, exhibitiva etiam & obſignantia*: contra Calvinianos.
4. *Non agunt ex opere operato, ut loqvuntur, vi ipſius actionis ſacramentalis nudè, extra fidem agentis vel ſuſcipientis*: contra Pontificios.
5. *Contrà, non Fides ſuſcipientis vel ſumentis eſt de eſſentia ſacramenti: facit qvidem ut profit vel ut ſit ſalutare, ſed non ut ſit, qvantum eſſe ſuum: unde ab indignis etiam ſuſcipitur*: contra Calvinianos.

6. *Ab-*

6. *Abſolutio, ordinatio, confirmatio, matrimonium, extrema unctio, ſacramenta propriè non ſunt:* contra Pontificios iterùm.

§. 48. *Circumciſio* eſt Sacramentum Vet. fœderis vel Teſtamenti, & qvidem initiationis, qvo ipſo caro præputii in maſculis infantibus octavo â nativitate die, in proſelytis aliisq; adulta ætate & qvovis tempore, circumcidebatur vel amputabatur, atq; hoc modo vi verbi divini vel inſtitutionis iidem ordinariè ex irregenitis regeniti fiebant ac conſtituebantur, vel certè regeniti anteà in bono confirmabantur, nec non Meſſias promiſſus venturusq; in plenitudine temporis præfigurabatur, perfecturus aliqvando circumciſionem, qvæ non fit manibus, ſed cordis, tandem circumciſis hoc modo illius beneficia ſingula fide apprehenſa conferebantur & obſignabantur. V. & conf. ll. Gen. xvII, 10. ſeqq. cap. xxI, 4. Exod. IV, 25. cap. xII, 44. & 48. Lev. xII, 3. Joſ. v, 3. Luc. 1. 59. cap. II, 21. Rom. IV, 8. ſeqq. Gal. v, 6. vI, 15. Col. II, 11.

Poriſmata.

1. *Errant Pontificii, qvi Circumciſionem organum regenerationis & reconciliationis cum Deo fuiſſe negant.*

2. *Fœmellæ & ipſæ per imputationis modum circunciſæ fuerunt.* vid. Gen. xvII, 7. ſeqq. Exod. xII, 48. Judith. IX, 18.

3. *Judæorum hodiernorum, Saracenorum & Mohammadiſtarum Circumciſio ſacramentum verum non eſt.*

§. 49. *Paſcha* vel *Peſach* aut agnus paſchalis eſt ſacramentum V. fœderis vel inſtrumenti alterum, & qvidem confirmationis, qvo ipſo decimo die primi menſis agnus ex grege immaculatus, maſculus & anniculus ſegregatus, die decimo qvarto ejusdem menſis circa veſperam mactabatur, ejusq; ſangvis januæ poſtibus & ſuperliminari illinebatur, caroq; aſſa igni tota ab Iſraelitis aliisq; circumciſis, maribus & fœminis, accinctis, calceatis, baculumq; manibus tenentibus, ſub primam noctem, cum panibus azymis amarisq; herbis comedebatur, in memoriam admirandæ liberationis Ægyptiacæ, nec non typum vel figuram veri illius agni Dei tollentis peccata mundi, & ad applicandam, confirmandam & obſignandam in Iſraelitis promiſſionem de ſpirituali liberatione per Meſſiam venturum ejusdemq; mortem, carnem & ſangvinem præſtandam. Vid. ll. Exod. xII, 1 ſeqq. Numer. IX, 1. ſeqq. Joſ. v, 10. ſeqq. 2. Paralip. xxxv, 1. ſeqq. 1. Cor. v, 6. ſeq. Ebr. v, 9. cap. x, 1. ſeqq.

Poriſma.

Agnus paſchalis propriè dicendo non erat ſacrificium.

§. 50. *Baptiſmus* eſt Sacramentum N. fœderis vel Inſtrumenti, & qvidem initiationis, qvod ſucceſsit Circumciſioni, qvo ipſo ex Inſtitutione divina, homines ſoli ijdemq; vivi, etiam infantes, aqvâ naturali & ſimplici abluuntur, ſive ex toto ſive ex parte, per immerſionem vel per adſperſionem, in nomine (S. S. Trinitatis) Patris & Filii & Spiritus S. atq; ſic hoc mediante ſacro lavacro & per fidem ſalutariter regenerantur, cum Deo reconciliantur, juſtificantur, renovantur, nec non vitæ æternæ conſtituuntur hæredes. Vid. S. Scripturæ ll. ſeqq. Pſalm. xxix, 11. Ezech. xxxvi, 25. Zach. xiii, 1. Matth. iii. 1. ſeqq. 15. ſeqq. cap. xxviii, 19. Marc. x, 14. ſeq. xvi, 16. Luc. iii, 21. ſeq. Johann. i, 33. cap. iii. 3. ſeqq. 22. ſeqq. Act. ii, 38. ſeq. cap. viii, 12. Rom. vi, 3. ſeq. Gal. iii, 26. ſeqq. Eph. v. 25. ſeq. Col, ii, 11. Tit. iii, 5. 1. Petr. iii, 21. 1. Joh. v. 8.

Poriſmata.

1. *Baptiſmus, ratione Inſtitutionis, in N. Teſtamento cum miniſterio Johannis baptiſtæ cœpit*: contra Scholaſticos & Pontificios, item Photinianos.
2. *In extremo neceſſitatis caſu etiam à Laicis, imò mulieribus, poteſt & debet adminiſtrari baptiſmus: utpote idem ordinariè ad ſalutem neceſſarius*: contra Calvinianos.
3. *Materia viſibilis Baptiſmi eſt aqva naturalis & ſimplex qvævis, non liqvor qvivis alius, vel ignis aut terra vel arena &c.* contra hæreticos diverſos.
4. *Perinde atq; ἀδιάφορον eſt, ſive baptizandus immergatur ſive aſpergatur*: contra Jeſuitas & Calvinianos nonnullos.
5. *Materia vel res cœleſtis in Baptiſmo* cum D. Menzero aliisq; *nobis eſt tota S. S. Trinitas: qvod vel ex verbis Inſtitutionis patet.*
6. *Forma verborum Inſtitutionis Chriſti præſcripta Matth. XXVIII, 19. temerario auſu mutanda non eſt*: contra Gnoſticos, Arianos, alioſqve hæreticos.
7. *Verè & realiter in ſacramento baptiſmi regeneramur*: contra Calvinianos & Anabaptiſtas.
8. *Infantes & ipſi ſunt baptizandi, & in baptiſmo & fide donantur & regenerantur*: contra Anabaptiſtas, Pontificios & Calvinianos.

9. Ba-

9. *Baptiſmus reiterandus vel repetendus minimè eſt* : contra Hemero-baptiſtas, Anabaptiſtas ſimilesq; farinæ hæreticos.

10. *Exorciſmus, ſenſu Lutherano, eſt Ceremonia atq; ritus in ſeſe qvidem adiaphoreticus antecedens baptiſmum, qvo baptizandus per ſuſceptores, patrinos & matrinos, Satanæ ejusdemq; operibus renunciat, atq; hoc modo vel veriùs conſeqventem ſuſceptumq; baptiſmum, non à corporali, ſed ſpirituali illius obſesſione & captivitate liberatur: retinendus interim non unam ob cauſam, maximè libertatem Chriſtianam & Confesſionis in tempore neceſſitatem.*

§. 51. *Cœna Sacra* ſive *dominica* eſt Sacramentum N. fœderis vel Inſtrumenti alterum, & qvidem confirmationis, qvod ſucceſſit agno paſchali, qvo ipſo ex inſtitutione Domini noſtri Jeſu Chriſti, in, cum & ſub veris & naturalibus conſecratis benedictisqve pane & vino, verum & ſubſtantiale Corpus & verus & ſubſtantialis Sangvis Chriſti, myſticè & ſacramentaliter unita ſibi & verè & realiter præſentisſima, modo licet inviſibili, ſupernaturali, incomprehenſibili & ineffabili, diſpenſantur & diſtribuuntur, nec non â manducantibus & bibentibus ore corporis & verè, non tamen craſſo, carnali & Capernaitico modo, accipiuntur: atq; h. m. commemoratione & recordatione mortis & beneficiorum Chriſti promisſiones evangelicæ de remisſione peccatorum, juſtificatione, renovatione & ſalvatione, fidelibus & credentibus ſingulis verè applicantur, confirmantur & obſignantur. Vid. ll. S. Scripturæ ſeqq. Matth. XXVI, 26. ſeq. Marc. XIV, 22. ſeq. Luc. XXII, 19. ſeq. Johann. VI, 48. ſeqq. cap. VIII, 31. XII, 47. ſeqq. Actor. II, 42. ſeqq. Rom. IV, 20. 1. Cor. X, 16. cap. XI, 23. ſeqq. Gal. III, 15. 1, Tim, VI, 3. 1. Johann. V 8.

Poriſmata.

1. *Error multò graviſſimus & atrociſſimus, autore primo Carolſtadio, Zwinglianorum & Calvinianorum eſt: qvòd Corpus & Sangvis Chriſti in S. Cœna uſu non ſint verè & realiter præſentia: qvòd purus & nudus panis, purum & nudum vinum hic in terris diſpenſentur & accipiantur; Chriſto in cœlis ſedente abſenteq;, & hinc fide (credendo) de-ducendo ſpiritualiq; adeò fruitione ſaltim accipiendo.*

2. *Verba Inſtitutionis ſubſtantialia adeò propriè & ſecundùm literam, non figuratè, metaphoricè vel metonymicè ſunt intelligenda.*

3. *Adeoq; ex mente Carolſtadii, vocabulum vel pronomen δεικτικὸν* (Hoc) *non*

non adverbialiter ſignificat idem q; eſt quod Hic ; *hoc ſenſu:* Hic *ſedet corpus meum &c.*

4 *Item, ex mente Zwinglii τὸ* Eſt, *(verbum vel copula) non idem valet, quod* ſignificat.

5 *Item ex mente Oecolampadii,* corpus & ſangvis *(prædicatum) haud notant nudè* ſymbolum, ſignum *(memoriale) vel* figuram *corporis & ſanguinis Chriſti.*

6. *Item, ex mente Zanchii pronomen relativum* Quod *non adverbialiter & reſtrictive* Quatenus *vel* qualiter *ſignificat.*

7. *Item, neq; ex mente Bucani & Trelcatii, tropus vel figura eſt in ſingulis verbis Chriſti ſimul ſumtis, aut tota prædicatione vel oratione &c.*

8 *Sedes propria hujus articuli de S. Cœna & ſacramentali manducatione & bibitione non eſt caput ſextum Evang. Johannis: quod utpote de ſpirituali & tropica manducatione &c. agit.*

9 *Articulus de aſcenſione Chriſti ad cœlos & ſeſſione ad dextram Patris, non contrariatur huic noſtræ doctrinæ.*

10. *Valeat item figmentum Transſubſtantiationis Pontificiæ: qua panis & vinum putantur converti in ipſiſſimam ſubſtantiam corporis & ſangvinis Chriſti.*

11. *Item, Conſubſtantiatio ſive localis incluſio corporis & ſangvinis Chriſti in pane & vino.*

12. *Vanitas inde eſt, quod fingitur à Pontificiis, quaſi corpus Chriſti ſub ſpecie externa panis reverà præſens ſit etiam extra actionem Cœnæ Dominicæ.*

13. *Vanitas eadem eſt, quod hac ratione ſacrario incluſum putatur aſſervari, circumgeſtatur & adoratur.*

14. *Abominatio porrò eſt quod ab ipſis commutatur ſacramentum id in ſacrificium, propriè ſic dictum, ſed incruentum, ut loquuntur, & quidem propitiatorium, quatenus in Miſſa, h.e celebratione Cœnæ corpus & ſangvis Chriſti putatur à ſacerdote incruento modo offerri DEO Patri pro peccatis vivorum & mortuorum.*

15. *Sacrilegium item atrox & horrendum eſt, quatenus ab iiſdem ſacramentum adminiſtratur datur[que] Laicis ſub una tantum ſpecie, ut loquuntur.*

16. *Verba Conſecrationis, iterum juxta pontificios, in ſeſe & ex ſua natura vim non habent efficiendi ſacramentum, ſed quicquid habent ex & virtute*

tæ inſtitutionis primæ Chriſti habent. Non tamen ſunt vilipendenda aut omittenda planè: contra Calvinianos nonnullos.

17. *Materia elementaris in S. Cœna minimè mutanda in aliam qvamvis*: contra Gnoſticos, Pontificios & Calvinianos nonnullos.

18. *Particulæ exegeticæ*, in, cum & ſub *non ſunt contra τὸ ῥητὸν Inſtitutionis Dominicæ, nec addunt vel mutant aliqvid in eadem: ſed opponuntur tranſſubſtantiationi pontificiæ nec nõ abnegationi præſentiæ ſubſtantialis Calviniſticæ*.

19. *Et Sacramentalis & ſpiritualis manducatio & bibitio concurrit in uſu vero & ſalutari S. Cœnæ, qvantum pios & fideles: cæterùm & indigni, impii & infideles priore modo participant de ſacramento hoc, ſibiq; ad judicium 1. Cor. xi 29.* contra Calvinianos.

20. *Fractio panis* (ἀρτοκλασία) *non eſt de eſſentia ſacramenti Cœnæ: ſed erat in prima cœna Dominica actus preparatorius & miniſterialis, diſtributioni inſerviens, hodie res adiaphoretica*: contra Calvinianos.

21. *An manu, an mox ore, ſumantur ſacra ſymbola perinde & ἀδιάφορον eſt*: contra eoſdem.

22. *An azymus, an fermentatus panis ſit, idem eſt*: contra ipſos.

23. *Nihil obſtat, placentulis orbicularibus (hoſtiis) uti*: eodem modo.

24. *Vinum aqva miſceri nulla neceſſitas eſt*: contra Crama evchariſticum Pontificium.

§. 52. Deniq; ad Statum Inſtaurationis, maximè Spiritus S. beneficia ab hoc collata nobis, per Meſſiam verò Chriſtum Jeſum parta, pertinent adhuc rectèq; referuntur *Hierarchiæ tres* (Cœtus tanqvam integri & peculiares reſtituendorum) *Eccleſia* nimirum *atq; miniſterium eccleſiaſticum* (diſtincta hæc qvidem duo aliàs, genus tanqvam & ſpecies vel pars & totum) *Magiſtratus politicus* & *Conjugium*, vel Status *eccleſiaſticus, politicus* & *œconomicus*.

§. 53. *Eccleſia* juxta Symbolum Apoſtolicum eſt: Communio ſanctorum: juxta Aug. Conf. (art. vii.) eſt Congregatio ſanctorum, in qva Evangelium rectè docetur & ſacramenta ritè adminiſtrantur. Nobis eſt Cœtus (partim viſibilis partim inviſibilis) hominum à Deo in his terris nomine religionis vocatorum congregatorumqve, in qvo ex ordinatione divina Verbum Dei rectè docetur & ſacramenta ritè adminiſtrantur. conſtans idem, ſub capite uno Chriſto, membris ſive individuis

 alis

ſuis, cùm docentibus, tùm diſcentibus, porrò cùm (qvoad ſocietatem & unitatem fidei & Spiritus Sancti, ſimilia) veris, dignis, fidelibus & electis, tùm (qvod externa, ritus & ceremonias easdem) indignis, hypocritis, malis, incredulis finaliter reprobisq́; , congregatus idem in ſpem unam (ſive verè & ſeriò ſive apparentur) vitæ & beatitudinis æternæ. Videnda loca S. Scripturæ de hoc articulo: Geneſ. IX, 26. ſeq. 1 Reg. XIX, 18. Pſalm. XXII, 28. XXVII, 4. Pſal. XLVI, 5. Pſalm. LXXXV, 11. CXVII, 1. Jeſ. II, 2. ſeqq. cap. XLIX. 6. LX, 3. ſeqq. Hoſ. II, 19 ſeq. Mich. IV, 1. ſeqq. Zach. II, 4. Mal. I, 11. Matth. XVI, 18. Luc. XII, 32. XVII, 20. Johann. VIII, 31. X. 16. & 27. ſeqq. XVII, 20. ſeqq. Act. X, 35. Rom. X, 12. XI. 3. XII, 4 ſeqq. 1. Corinth. III, 5. ſeqq. XII, 12. ſeqq. Gal. III, 28. ſeq. Eph. I, 22. II, 19. ſeqq. IV, 3. ſeq. 11. ſeq. 15. ſeqq. V, 25. ſeqq. 1. Tim. III, 1. ſeqq. 2. Tim. II. 19. ſeqq.

Poriſmata.

1. *Eccleſia per eſſentiam ſive ratione eſſentiæ ſuæ eſt una, ſancta & perpetua: nec errare poteſt fundamentaliter; reſpectu accidentium & circumſtantiarum vera eſt vel falſa, inviſibilis vel viſibilis, univerſalis vel particularis: hæcq́; viſibilis & particularis, errori obnoxia:* contra Pontificios.

2. *Univerſalis ſive Catholica dicitur Eccleſia, cùm ratione latitudinis ſuæ vel univerſalitatis loci, temporis, perſonarum &c. tùm unitatis & conſenſûs in fide & religione &c. adde differentia, ut hoc nomine ab heterodoxis eccleſiis diſtingvatur &c.*

3. *Non-baptizati, ſchiſmatici, hæretici, infideles occulti, peccatores notorii, excommunicati, ſimiles, non ſunt vera membra eccleſiæ:* contra hæreticos diverſos.

4. *Eccleſiæ autoritas inferior eſt autoritati S. Scripturæ:* contra Pontificios. *Interim eſt Cuſtos, teſtis, præco, interpres & vindex (miniſterialis) S. Scripturæ.*

5. *Notæ Eccleſiæ veræ ſunt duæ: puritas doctrinæ cœleſtis & legitimus ſacramentorum uſus:* contra Pontificios & ipſos.

§. 54. *Miniſterium eccleſiaſticum* (concretivè ſumtum) eſt membrum Eccleſiæ princeps, qvò qvidem Deus ex ordinatione ſua, mediantibus perſonis certis, idoneis, ſinceris vocatisq́; legitime ab Eccleſia ſive tota ſive ex parte, & verbum & ſacramenta ſua, donaq́; cum his varia & multiplicia, ritè & ordine diſpenſat, in Eccleſiæ totius, qvantum in ſeſe, commodum & ſalutem æternam. Vid. ll. S. Scripturæ: Pſ. LXVIII, 12.

Prov.

Prov.xxix,18 Jeſ.xli,27. Jer.xxiii,21. Exech iii,17.ſeqq. Hoſ.xii,11. Joel. ii,23. Malach. i,7. Matth.vii,15. cap xviii,18.xxiii,2.xxviii,19.ſeq. Marc. xvi,15. Luc.x,16. Johann.xx,21.ſeq. Actor.xx,28. Rom. x,4. cap. xii,7. 1. Corinth. ii,5. cap. iii,5.ſeqq.xiv,40. 2.Corinth.v,20. Gal.1,9.Eph. iv,11. ſeq. 1.Timoth.iii,1.ſeqq.cap.iv,12. Tit.1,7. Ebr.xiii,9. Jac.v,ult.

Poriſmata.

1. *Legitima Vocatio neceſſaria omninò eſt in miniſtro eccleſiæ*: contra fanaticos, Anabaptiſtas & Photinianos.
2. *Malo miniſtro, vitæ ſcelere qvodam malo, (non doctrinâ) nil obſtat uti: nec inefficax ejus eſt miniſterium*: contra Donatiſtas.
3. *Ab eccleſiaſtico miniſterio publicoq́ mulieres ordinariè excluduntur*: *I. Cor.XIV,34.* contra Pepuzianos.
4. *Confeſſio & abſolutio privata in eccleſia retinenda; imò neceſſaria eſt.*
5. *Operum merita verò, vel Canonica illæ à ſacerdotibus in papatu pro expiatione peccatorum impoſitæ ſatisfactiones juris divini minimè ſunt.*
6. *Ritus & ceremoniæ eccleſiaſticæ non debent habere rationem cultus & meriti; nec ſunt abſolutæ neceſſitatis, adeoq́ adiaphoretica, res unq. indifferentes & media: interim tamen retinentur rectè, præſertim in caſu perſecutionis & confeſſionis, neceſſitate ordinis, maximè propter libertatem Chriſtianam*: Gal.ii,4.c.v.1. Col.ii.v.6.

§. 55. *Magiſtratus politicus* eſt perſona (vel poteſtas) à DEO ordinata, ornata gladio, ut ſit cuſtos & vindex legum cùm divinarum utriusq; tabulæ decalogi, tùm aliarum humanarum bonarumq; ad conſervationē & propagationem religionis, ſocietatis humanæ, ac præſertim in hac diſciplinæ morumq; nec non pacis publicæ privatæq;. Vid.ll.S.Sæ. Gen. ix, 6. Exod. xviii, 21. Lev. xix, 15. Devt.1. 17. xvii, 18. Joſ. 1. 7.2. Paral. xix. 6. ſeq. Pſalm. lxxxii. Proverb.viii, 14. xi, 14. xvii, 15. Jer. xxii, 3. Sir. x, 1.ſeqq Matt.xxii, 21. Act. v, 29. ſeqq.Rom. xiii, 1.ſeqq.1. Petr ii, 17.ſeqq.

Poriſmata.

1. *Chriſtianis & ipſis licitum eſt Magiſtratum gerere, judicia exercere, negotia civilia tractare, proprias poſſidere facultates, bellū gerere &c. nec talia atq́; ſimilia pugnant cum Evangelio aut Chriſtianiſmo*: contra fanaticos & Anabaptiſtas, item Photinianos.
2. *Magiſtratus ſubditos ad fidem cogere per violentiam non debet*: contra Pontificios.

3. *Ha-*

3. *Hæretici, ut hæretici, capitali ſupplicio afficiendi non ſunt:* contra Pontificios & ipſos & Calvinianos nonnullos.

§. 56. *Conjugium* eſt divinitus inſtituta, legitima & indiſſolubilis unius maris & unius fœminæ in unam carnem conjunctio & ſocietas, ad omnis vitæ conſortium & propagationem generis humani. Videantur ll. S. Scripturæ ſeqventia: Gen. I, 27. ſeqq. II, 18. ſeqq. IX, 1. Lev. XVIII, 6. ſeqq. Pſ. CXXVIII. Prov. XVIII, 22. XIX, 14. XXXI, 10. ſeqq. Sir. XXVI, 1. ſeqq. XXXVI, 24. ſeqq. Matth. XIX, 4. ſeqq. 1. Cor. VII, 1. ſeqq. IX, 4. XI, 9. Eph. V, 25. ſeqq. 1. Timoth. III, 2. IV, 1. ſeqq. Ebr. XIII, 4.

Poriſmata.

1. *Conjugium & juris divini & humani eſt: adeoq; & ſacerdotibus licitum:* contra Pontificios & inſpecie Cœlibatum.
2. *Conſenſus contrahentium, idemq; legitimus, facit nuptias vel conjugium.*
3. *Bigamia & polygamia ſimultanea juris divini non ſunt.*

§. 57. Poſtremo, *Status hominis poſt hanc Vitam* reſtat adhuc, adeoqve *Mors* ejus temporalis: ubi etiam de *Statu animæ poſt mortem* & *ſepultura corporis:* porrò, *Reſuſcitatio à mortuis*, & tandem *Dijudicatio* (extremum Judicium vulgò) ſive *ad Mortem* ſive *ad Vitam æternam:* ibi articulus eſt *de Inferno*, hîc *de Vita æterna*.

§. 58. *Mors corporis* eſt (breviter) privatio Vitæ, ob ſeparationem animæ & corporis facta: vel (rectiùs) diſſolutio Unionis naturalis, quâ pœnæ loco propter peccatum, anima & corpus ſeparantur ad tempus: animæ porrò piorum ſive credentium in manu Dei ſunt, expectantes ibidem glorioſam ſui corporis unionem & reſurrectionem, & adeò plenariam æternæ beatitudinis fruitionem; impiorum v. in loco tormenti exiſtunt, expectantes ibidem cum terrore & cruciatu ignominioſam ſui corporis reſurrectionem, & adeò plenariam æternæ damnationis & mortis ſenſum: utrorumq; exuviis ſive corporibus, matri omnium, terræ rectè & ut plurimum datis. Vid. LL. S. Sacræ ſeqventia: Gen. II, 17. III, 19. Joſ. XXIII, 14. 1. Reg. II, 2. Job. XIV, 1. ſeqq. Pſ. XXXIX, 6. ſeq. Pſ. LXXXIX, 47. Pſ. CIII, 15. Pſ. CXVI, 15. Proverb. XXVII, 1. Eccleſ. XI, 3. XII, 7. Jeſ. XL, 6. ſeqq. LVII, 2. Sap. I, 13. cap. II, 13. cap. III, 1. IV, 1. ſeqq. Sir. [illegible] cap. XI, 18. ſeq. 26. ſeqq. cap. XIV, 18. ſeqq. cap. [illegible] VII, 28. cap. XXXVIII, [illegible] cap. [illegible] 1. cap. [illegible] 5. Matth. X, 28. cap. XXVII, 60. Luc. XVI, 22. ſeqq. Joh. V, 24. Rom. [illegible] cap. VI, 23. [illegible] Cor. [illegible] 5. Philip. I, 21. ſeqq. Lor. [illegible] 2. Petr. I, 14. Apocal. XIV, 13.

Poriſmata.

1. *Mors hominis non eſt naturalis & qvædam qvaſi conditio ſuæ ὀσίας, ſed pœna ἁμαρτίας*: contra Photinianos.

2. *Mors non eſt totalis hominis annihilatio ſive in nihilum redactio*: contra eoſdem.

3. *Status ſ. τὸ πȣ̃ animarum poſt mortem non eſt qvatruplex: cœlum infernus, purgatorium, limbus Patrum (in V. Teſt.) & infantum (in Novo)* contra Pontificios.

4. *Valeat Pythagoræorum* Μετεμψύχωσις, *ſtatuentium animas poſt diſſolutionem à corpore in alia animantium corpora transmigrare.*

5. *Item aliorum, hodieq; Anabaptiſtarum ψυχοπαννυχία, ſtatuentium animas à corpore ſeparatas, ſomno qvaſi ſopitas, ſine ſenſu boni vel mali, in certo loco & ſuis qvibusdam cubilibus qvieſcere.*

§. 59. *Reſuſcitatio mortuorum* ſive carnis eſt Opus Dei, qvo qvidem in die noviſſimo adventus Domini noſtri Jeſu Chriſti, Idem (ſingulariter) ſecundùm utramq; naturam, virtute & voce ſuâ reſuſcitabit omnes omninò homines mortuos, unitis iterùm indiſſolubiliter eorundem animabus ſingulis ſingulis ſuis corporibus, qvæ in vita hac geſſerunt, è pulvere terræ excitatis ipſis, piorum qvidem atq; electorum glorificatis, clarificatis, perfectis, ſanctis, incorruptibilibus, impiorum atq; reprobatorum, extra incorruptibilitatem, nihil minus qvàm talibus: utrosq; & pios & impios in inſtanti dijudicandos, illos ad vitam & beatitudinem æternam, hosce ad mortem & ignominiam ſempiternam. Vid. ll. S. Sacræ ſeqventia: Job. xix, 25. ſeq. Jeſ. xxvi, 19. ſeqq. Ezech. xxxvii, 1. ſeqq. 12. ſeqq. Dan. xii, 2. Sap. ii, 1. ſeqq. 2. Macc. vii, 14. Matth. xxii, 31. Luc. xx, 37. ſeqq. Joh. v, 28. vi, 40. xi, 25. xiv, 20. Act. xxiv, 15. 1. Cor. xv, 12. ſeqq. 1. Theſſ. iv, 13. ſeqq.

Poriſmata.

1. *Reſurrectionem mortuorum negaverunt jam olim Sadducæi*, Matth. xxii, 23. Actor. xxiii, 8. *hodieq;, imò & olim, theoricè & practicè plurimi alii. vid.* Jeſ. xxii, 13. Sap. ii, 1. 1. Cor. xv, 32.

2. *Falſum, impios non reſurrecturus planè: pios non iisdem numero corporibus ſuis*: contra Photinianos.

§. 60. *Judicium extremum & univerſale* eſt actus judicialis ſolennis, qvo qvidem in noviſſimo die finis mundi, Chriſtus, ſecundùm utramq;

natu-

naturam, ut rex & judex univerſalis, in majeſtate & gloria ſuâ, cum omnibus angelis & ſanctis, viſibiliter veniens, mortuis omnibus reſuſcitatis, vivis v. in momento immutatis, judicaturus eſt, actuq; ipſo judicabit eoſdem omnes & ſingulos, juxta Verbum ſuum, declarando (executioni mox dandos) pios & electos hæredes vitæ & beatitudinis æternæ, reprobos verò & diabolos mancipia inferni & gehennæ æternæ; deinde *Finis* (vid. omnino 1. Cor. xv. 24.) hoc eſt, conſummatio hujus ſeculi vel Univerſi &c: qvo de pluribus infrà mox Poriſm. 3. contra Photinianos. Vid. nunc LL. S. Sacræ ſeqventia: Eccleſ. xii, 14. Jeſ. lxvi, 15. Dan. vii, 13. Joel. iii, 14. Zeph. i. 18. Mal. iii, 16. ſeqq. iv, 1. ſeqq. Matt. vii, 22. xi, 22. xii, 35. & 42. xvi, 27. xxiv, 30 ſeqq. xxv, 31. ſeqq. Marc. xiv, 62. Luc. xxi, 36. ſeqq. Joh. iii, 18. v, 22. 24. 27. x, 42. xii, 48. xxiv, 26. Act. xvii, 31. Rom. ii, 5. 16. ſeqq. xiv, 11, 1 Cor. iv, 5. vi, 2. 2. Cor. v, 10. 1. Theſſ. iv, 15. ſeqq. 2. Theſſ. i. 6. ſeqq. 2. Tim. iv, 1. Ebr. ix, 27 x, 27. & 37. 2. Petr. ii, 4. Jud. 6. & 14. Apocal. i. 7. xiv, 7. xx, 12.

Poriſmata.

1. *Chriſtus etiam ſecundùm humanam naturam, & qvidem authoritativè & executivè, exercebit judicium:* πᾶσαν κρίσιν *Joh.* v, 22. contra Calvinianos nonnullos.

2. *Idem judicabit ſecundum Verbum ſuum Legis & Evangelii, Joh* xii, *48. Rom. ii, 16. Apocal. xx, 12. non ſecundùm abſolutum decretum Calviniſticum:* contrà eoſdem.

3. *Fine Mundi vel hujus ſeculi conſtituto:* (1) tradet Chriſtus regnum Deo & Patri ſuo, 1. Corinth. xv, 24. ſeqq. *non reſignatione vel depoſitione regni ſui potentiæ & gloriæ, qvod habuit, habetq;, habiturusq; eſt adhuc ſecundum utramq; naturam ſuam in omnem æternitatem: Pſ. cx, 1. Jeſ. ix, 7. Dan. ii, 44 cap.* vii, 14, *Luc* i 33. *Epheſ.* i. 21. 2 *Petr.* i. 11. *Apocal. xi. 15. xii, 10. ſed* (οἰκονομικῶς) *regni gratiæ; vel rectius & clarius, Officii ſui mediationis, commiſſi traditiq; ſibi a Deo Patre exercitiq; hactenus vel adminiſtrati non tantum in terris prophetice & ſacerdotaliter, ſed etiam adhuc in cælis, glorioſè, vid. omninò Rom. viii, 34. Epheſ.* iv, 10 *ſeq. qvod tunc qvidem conſummatis omnibus, qvæ propter Officium mediationis in ſe ſuſceperat* (NB *in ſpecie abolitis Lege, Evangelio, Sacramentis, fide, miniſterio toto Verbi ſui, ſimilibus, porrò devictis ſubjectisq; ſibi hoſtibus ſuis omnibus, Satana, peccato, carnis, mundo, morte, &c in deſcenſu ad inferos, reſurrectione a morte, &*

adſcenſu ad cœlos, ſeſſione ad dextram Patris, reſuſcitatione mortuorum, judicii extremi & univerſalis adminiſtratione & tandem executione ipſa) tum, tunc dico, hoc ipſo reſignabit, deponet tradetq; Deo patri ſuo: ipſo cieqvoq; , qvatenus Suos (Electos) ſibi à Patre antehac datos concreditosq; , Joh. xvii, 6. 9. & 28. vel Eccleſiam ſuam ſanctam, immaculatam & ab hoſtibus & malis omnibus tunc liberatam Eph. v, 27. ſiſtet coram Deo, patre ſuo, præſentabitq; hanc & extradet hac vice, tunc ab ipſo qvoq; glorificandam. Porrò (2.) ſubjicietur Idem, Chriſtus, & tunc Deo, Patri ſuo, cit. loco: 1. Cor. xv, 28. *non ratione divinitatis; ſed eatenus, qvatenus, qvi durante mediationis ſuæ officio Victor & ſuperior fuit omnibus hoſtibus ſuis ſubjectis ſibi, tunc nihilominus, ceſſante hoc officio extraditoq; conſummatoq; adeoq; omnibus conſummandis, ut ſuprà dictum, & Ipſe ſecundùm qvidem humanam naturam (in qvâ ſubjecta ipſi erant omnia) citra læſionem divinitatis & æqvalitatis, juxta hanc, ſubjiciendus erit Deo, inferior tanqvam, vel certè (qvia jam hoc modo inde à primo mediationis ſuæ initio fuit ſubjectus & inferior) qvi declarabitur talis, & ſolenniter qvaſi tunc, in conſpectu omnium angelorum & electorum: nec tantùm id porrò, idemq; in ſeſe & ſuâ perſona, ſed etiam in corpore myſtico ſuo, h. e. Electis atq; nunc glorificatis, Deo & ipſi ſubjiciendis in ejus gloriam & laudē ſempiternam.* (3) *tandem adeò* ut Deus hoc modo ſit omnia in omnibus: cit. loco. 1. Cor. xv, 28. *Verbo: ὀφθαλμοφανῶς, ſic dicendo, tunc Is Ipſe, ἀυταυτὸς eſſendo, operando, imperando &c.* contra Photinianos.

§. 61. *Infernus*, ſive potiùs *Mors æterna* eſt Status reproborum & damnatorum, cùm hominum tùm malorum angelorum, horibilis & miſerrimus, idemq; incomprehenſibilis & ineffabilis, in qvo iidem ex juſto Dei judicio, ob incredulitatem finalem & peccata ac merita ſua nefanda, in loco certo vel τῷ πȣ̃ qvodam abdito nobis horridoq; anima & corpore â beata Dei viſione & fruitione æternùm excluſi tenebuntur, & atrociſſimis & nullis ſeculorum ſeculis finiendis infernalibus doloribus & cruciatibus torqvebuntur. Vid. S. Sacræ ll. ſeqvent: Deut. xxxii, 22. Job. xxi, 13. Pſ. xi, 6. Jeſ. v, 14. xxviii, 14. xxx, 33. lxvi, 24. Dan. xii, 2. Sap. v, 1. ſeqq. vi, 7. Matth. v, 22. vii, 13. viii, 12. xi, 21. ſeqq. xxv, 21. ſeqq. xxvi, 24. Luc. xvi, 23. ſeqq. 2. Petr. ii, 4. Jud. v. 6. Apocal. ix, 6. xiv, 10, ſeq. xix, 20. xx, 10. xxi, 8.

Poriſma.

Damnatorum (hominum & diabolorum) finis pœnarum nullus : contra Anabaptiſtas. *Interim diſtincti harum gradus*: Sapient; VI, 7. Matth. XI, 22. Luc. XII, 47.

§ 62. *Vita æterna* eſt ſtatus electorum & glorificatorum perfectiſſimus & beatiſſimus, idemq; incomprehenſibilis & inexplicabilis, in qvo iidem, animâ & corpore, cum Chriſto & omnibus ſanctis angelis, ex mera Dei gratia & miſericordia, propter Chriſti mediatoris meritum fide verâ & finaliter ſibi applicatum, citra bonorum operum meritum in certo qvodam πȣ̃ incognito nobis & ineffabili, liberi & triumphantes ab omnibus hujus mundi, imò inferni miſeriis, inſtructi omnimodâ & ſummâ felicitate, gaudio & gloriâ, DEUM à facie ad faciem glorioſè & æternùm videbunt, cognoſcent, amabunt, colent, laudabunt atq; glorificabunt. Vid. LL. S. Sacræ ſeqvent: Job. XIX, 26. ſeq. Pſ. XVI, 12. XVII, 15. Jeſ. XXXV, 10. cap. LXIV, 4. LXV, 13. ſeqq. Dan. XII, 2. ſeq. Sap. III, 1. cap. V, 1. ſeqq. Tob. II. 18. Matth. XXV, 46. Joh. III, 13. ſeqq. V, 24. X, 27. ſeq. XI, 25. ſeqq. XIV, 2. ſeq XVII, 24. Act. IV, 12. XVI, 30. ſeq. Rom. VI, 23. cap. VIII, 18. 1. Cor. II, 9. XIII, 12. XV, 41. ſeqq. Eph. II, 8. ſeq. 1. Theſſ. IV, 17. V, 9. 1. Ebr. XIII, 14. 1. Petr. I. 3. ſeqq. 2. Petr. III, 13. 1. Joh. II, 25. III, 2. Jacob. I. 12. Apoc. II, 7. ſ. VII, 9. ſeqq. XIX, 1. ſeqq. XXI, 1. ſeqq. XXII, 1. ſeqq.

Poriſma.

Vita æterna Bonorum Operum meritis minimè acqviritur : contra Pontificios: *Interim gradus diſtincti (non qvidem iidem ex dictis meritis, ſed divinâ diſpenſatione) & hic videntur admittendi: qvaleſcunq; tandem illi: vid. Dan. XII, 3. 1. Corinth. XV, 42. &c.* contra Calvinianos nonnullos, Vorſtium, Schönfeldium, Martyrem, Tilenum, &c.

§. 63. Concludimus, ſuſpiramus & exclamamus cum B. Auguſtino, Soliloq. cap. XXXV. *O gaudium ſupra gaudium, vincens omne gaudium, extra qvod non eſt gaudium! Qvando intrabo in te? Ah veni Domine & noli tardare, veni Domine JEſu Chriſte, veni & viſita nos in pace! Veni & educ vinctos de carcere, ut lætemur coram Te perfecto corde! Veni Domine JESU, veni! Tibi Honor, Laus & Gloria. Amen, amen.*

NOTÆ

NOTÆ.

De Lege &c. Vid. & conf. Aug. Confeſs. Apolog. pag. m. 83. ſeqq. p. 253. ſeqq. Art. Smalcald. Part. III, art. 2. pag. 318. ſeq. Form. Concord. Epit. art. v. pag. 591. ſeqq. art. vI. pag. 594. ſeqq. Solida Declaratio, art. v. pag. 709. ſeqq. art. vI. pag. 717. ſeqq.

De Evangelio, Vid. & conf. Art. Smalcald. Part. III. art. IV, pag. 329. Form. Concord. Epit. art. v. pag. 591. ſeqq. Declarat. art. dicto, pag. 709. ſeqq.

De Chriſto, Mediatore &c. Vid. & conf. Aug. Conf. Art. III. pag. m. 10. Apolog. ejuſd. pag. 59. Art. Smalcald. Part. I. & II. pag. 303. ſeqq. Form. Concord. Epit. art. VIII, pag. 605. ſeqq. art. IX. p. 613. ſeq. Solida Declarat. artic. iisdem pag. 761. ſeqq. 788. ſeqq. Appendix de majeſtate carnis Chriſti pag. 833. ſeqq.

De Converſione hominis ad DEum, in genere: Vid. & conf. Aug. Conf. Art. XII. pag. 12. & de abuſ. pag. 27. Apolog. pag. 161. ſeqq. p. 181. ſeqq. Art. Smalc. Part. III. art. 3. pag. 319. ſeqq. Form. Concord. Epit. art. II, pag. 578. ſeqq. Declaratio: art. eodem, pag. 654. ſeqq.

De Pœnitentia vel Contritione, in ſpecie: A. Conf. art. XII, p. 12. Apolog. pag. 165. ſeq. Art. Smalcald. Part. III. art. 3. pag 319. ſeqq. Form. Concord. Solid. Declar. art. 5. pag. 711. ſeqq.

De Fide: Aug. Conf. art. XII. & XX. pag. 12. & 15. ſeqq. Apolog. art. de Juſtif. pag. 68. ſeqq. pag. 71. ſeqq. art. de pœnit. pag. 166. ſeqq. Form. Concord. Epit. art. III. pag. 585.

De Juſtificatione &c. Aug. Conf. art. IV, pag. 10. art. XX. pag. 15. ſeqq. XXI. p. 19. de abuſ. pag. 23. ſeqq. Apolog. pag. 60. ſeqq. pag. 220. ſeqq. pag. 223. ſeqq. & de abuſ. p. 276. ſeqq. Art. Smalcald. Part. II, art. 1. pag. 304. art. 2. pag. 305. pag. 31[illegible]. ſeq. Part. III. art. 13. pag. 335. ſeqq. Form. Concord. Epit. art. III. pag. 583. ſeqq. Sol. Declarat. art. eodem, pag. 682. ſeqq.

De Sanctificatione & Bonis Operibus &c. Vid. & conf. Aug. Conf. art. VI. pag. 11. art. XX. pag. 15. ſeqq. Apolog.

pag.

pag. 83. ſeqq. Art. Smalcald. Part. III. art. 13. pag. 335. ſeqq. Form. Concord. Epitom. art. IV. pag. 588. ſeqq. Sol. Declarat. art. eod. pag. 698. ſeqq.

De Sacramentis in genere: Aug. Cong. art. XIII. pag. 13. Apolog. pag. 200. ſeqq. pag. 267. ſeqq.

De Baptiſmo: Aug. Conf. art. IX. pag. 12. Apolog. pag. 156. ſeq. Art. Smalcald. Part. III. art. 3. pag. 329. Catech. minor, pag. 376. ſeqq. major, pag. 401. ſeq. pag. 534. ſeqq.

De S. Cœna: Aug. Conf. art. X, pag. 12. de abuſib. pag. 21. & 23. ſeqq. Apolog. pag. 157. ſeqq. pag. 233. ſeqq. pag. 250. ſeqq. pag. 267. ſeqq. pag. 269. ſeqq. Art. Smalcald. Part. II, art. 2. pag. 305. ſeqq. Part. III, art. 6. pag. 330. Catech. minor, pag. 380. ſeqq. major, pag. 402. ſeq. pag. 551. ſeqq. Form. Concord. Epitom. art. VII. pag. 597. ſeqq. Solida Declarat. art. eodem, pag. 724 ſeqq.

De Eccleſia: Aug. Confeſſ. art VII, & VIII, pag. 11, ſeq. Apolog. pag. 144. ſeqq. pag. 155. ſeq. Art. Smalcald. Part. III, art. 12. pag. 335.

De Miniſterio eccleſiaſtico: Aug. Conf. art. V, VIII, XI, XIV, & XV, pag. 10. 11, 12. & 13. de abuſib. pag. 27. 28. ſeqq. pag. 37. ſeqq. Apolog. pag. 155. pag. 158. ſeqq. pag. 181. ſeqq. pag. 204. ſeqq. 292. ſeqq. Art. Smalcald. Part. III, art. 7. 8. 9. 10. & 15. pag. 330. 331. ſeq. 333. ſeqq. 337. 340. ſeqq. Catech. minor. pag. 378. ſeqq. Form. Concord. Epitom. art. X, pag. 614. ſeqq. Declarat. pag. 789. ſeqq.

De Magiſtratu politico: Aug. Confeſſ. art. XVI, pag. 14. de abuſib. pag. 37. ſeqq. Apolog. pag. 214. ſeqq.

De Conjugio: Aug. Confeſſ. art. de abuſib. pag. 21. ſeqq. Apolog. pag. 236. ſeqq. Artic. Smalcald. pag. 334.

De Reſurrectione mortuorum, Judicio extremo & univerſali, item *Inferno & Vita æterna*: Aug. Confeſſ. art. XVII, pag. 14. Apolog. pag. 217.

Τῷ Θεῷ Δόξα

S.M.N.

VD 17 ...